

# LATINSKA VADNICA IN SLOVNICA

za 2. razred klasične in 6. razred realne gimnazije

S e s t a v i l i

Franc Belec

Dr. Franc Jerè

Franc Omerza

Alozij Strupi

profesorji v Št. Vidu

Na predlog glavnega prosvetnega sveta S. št. 1798/37 z dne 2. junija 1938  
je minister prosvete z odlokom IV. št. 9214 z dne 22. junija 1938 knjigo odobril

Cena din 40.—

L J U B L J A N A 1 9 3 8

Založila Banovinska zaloga šolskih knjig in učil

K 137/L

44450.

~~56806~~

### Opomba

Sestavki brez zvezdice so snov za 2. razred klasične in 6. razred realne gimnazije.

Sestavki z eno zvezdico so snov za 2. razred klasične gimnazije.

Sestavki z dvema zvezdicama so snov za 6. razred realne gimnazije.



sept. 38

030021100

## Pregled snovi

| Latinski sestavki   | Str. | Slovnica                              | Str. |
|---|------|---------------------------------------|------|
| <b>Oblikoslovje</b>   |      |                                       |      |
| 1. De puero mendaci . . . . .   | 1    | Deponentniki a-konjugacije . . . . .  | 100  |
| 3. De Cyro Maiore . . . . .   | 1    | "    e-konjugacije . . . . .          | 103  |
| 5. Monita boni patris . . . . .   | 2    | "    i-konjugacije . . . . .          | 104  |
| 7. De Romulo et Remo . . . . .  | 2    | Glag. po meš. konj. na io . . . . .   | 104  |
| 9. De equo et asino . . . . .   | 3    | Deponentniki te konjugacije . . . . . | 111  |
| 11. De Miltiade . . . . .   | 4    | Aktivna opisna konjugacija . . . . .  | 98   |
| 13. Quid agendum sit . . . . .  | 5    | Pasivna opisna konjugacija . . . . .  | 98   |
| <b>Posebnosti deklinacij</b>  |      |                                       |      |
| 15. Familia Romana sacrificat . . . . .                                   | 5    | Osnove na -a in -o . . . . .          | 58   |
| 17. De urbe Roma . . . . .  | 6    | "    " -e in -u . . . . .             | 59   |
| 19. De ultimis Vergili poetae diebus . . . . .                            | 6    | "    " -i . . . . .                   | 59   |
| 21. De cane et fele . . . . .   | 7    |                                       |      |
| 23. De navigatione Graecorum et Romanorum . . . . .                       | 8    | Konzonantne osnove . . . . .          | 60   |
| 25.a Nonnulla de vita nostra . . . . .                                    | 8    | Defektivna in abundantia . . . . .    | 62   |
| 25.b De luxu Romanorum . . . . .  | 9    |                                       |      |
| 27. De pietate . . . . .  | 9    | Komparacija . . . . .                 | 63   |
| 28. De Italia . . . . .   | 10   |                                       |      |
| 30. Suae quisque fortunae faber . . . . .                                 | 10   | Pronomen indefinitum . . . . .        | 68   |
| 32. Marcus Publio amico salutem . . . . .                                 | 11   | Sklad mestnih imen . . . . .          | 71   |
| 34. De legione Romana . . . . .   | 12   | Delilni števniki . . . . .            | 72   |
| 36. De M. Sergio Silo . . . . .   | 13   | Množilni števniki . . . . .           |      |
| <b>Posebnosti konjugacij</b>  |      |                                       |      |
| 38. De Hannibale . . . . .  | 14   | Fero . . . . .                        | 76   |
| 40. De Alexandro Magno . . . . .  | 15   | Volo, nolo, malo . . . . .            | 77   |
| 42. De Aesopo et viatore . . . . .  | 15   | Ire in composita . . . . .            | 78   |
| 44. De Mida . . . . .   | 16   | Fio . . . . .                         | 79   |
| 46. Nonnullae sententiae . . . . .  | 17   | Verba anomala (defectiva) . . . . .   | 79   |
| 48.a Die aestivo . . . . .  | 17   | Impersonalia . . . . .                | 80   |
| 48.b Initio Septembris . . . . .  | 18   |                                       |      |
| <b>Skladnja</b>   |      |                                       |      |
| 50. De Monica, matre s. Augustini . . . . .                               | 18   | Acc. c. inf. kot objekt . . . . .     | 82   |
| 52. Mortuis sepulturam negare nefas est . . . . .                         | 19   | Acc. c. inf. kot subjekt . . . . .    | 83   |
| 54. De Xenophonte . . . . .   | 20   | Nom. c. infinitivo . . . . .          | 84   |
| 56. Cebe et Simias veniunt ad Socratem . . . . .                          | 21   | Nezavisni vprašalni stavki . . . . .  | 85   |
| 58. Nemo ante mortem beatus . . . . .                                     | 22   | Zavisni vprašalni stavki . . . . .    | 87   |
| 60. De Cimonis humanitate . . . . .                                       | 22   | Finalni stavki . . . . .              | 87   |
| 62. De Demosthene . . . . .   | 23   | Konsekutivni stavki . . . . .         | 88   |
| 64.a Quid deus sit . . . . .  | 24   | Temporalni stavki . . . . .           | 90   |
| 64.b Quantopere Philippus et Alexander Aristotelem honoraverint . . . . . | 24   |                                       |      |



| Latinski sestavki                                    | Str. | Slovnica                            | Str. |
|--|------|-------------------------------------|------|
| 66. De Alcibiade . . . . .                           | 25   | Kavzalni stavki . . . . .           | 91   |
| 68.a, b, c Nonnullae sententiae                      | 26   | Kondicionalni stavki . . . . .      | 92   |
| 70. Quam invictum animum<br>senatus Romanus gesserit | 27   | Koncesivni stavki . . . . .         | 93   |
| 72.a De graculo pennis pavo-<br>num ornato . . . . . | 28   | [Particip] . . . . .                | 95   |
| 72.b Vestigia terrent . . . . .                      | 28   | Participium coniunctum . . . . .    | 96   |
| 74. De Epaminonda . . . . .                          | 29   | Absolutni ablativ . . . . .         | 97   |
| 76. De Platone . . . . .                             | 29   | Gerundij, gerundiv, supin . . . . . | 98   |

### Temeljne oblike glagolov

|  |    |  |     |
|--|----|--|-----|
| 78. Vercingetorix Arvernos<br>adhortatur, ut libertatem<br>patriae defendant . . . . . | 30 | Glagoli z osnovo na -a . . . . .                             | 99  |
| 80. De gladio Damoclis . . . . .   | 31 | Glagoli z osnovo na -e . . . . .                             | 100 |
| 82. De Phocione . . . . .  | 32 |  |     |
| 84. Quomodo Gabii capti sint   | 33 | Glagoli z osnovo na -i . . . . .                             | 103 |
| 86. Ulixes et Polyphemus . . . . .   | 33 |  |     |
| 88. Quomodo bellum Gotorum<br>et Romanorum ortum sit                                   | 34 |  |     |
| 90. De Chilbudio . . . . .   | 35 |  |     |
| 91. De Chilbudii clade . . . . .   | 36 |  |     |
| 93. Secundani cum magistro<br>in silva fungos legunt . . . . .                         | 37 |  |     |
| 95. De Gyge eiusque anulo . . . . .  | 38 |  |     |
| 97. Vindemia . . . . .   | 38 | Glagoli z osnovo na konzo-<br>nant in kratek vokal . . . . . | 104 |
| 99. De Qu. Maximo Cuncta-<br>tore . . . . .  | 39 |  |     |
| 101. De Cincinnato . . . . .   | 40 |  |     |
| 102. De Patrocli exsequiis . . . . .   | 40 |  |     |
| 104. Nosce te ipsum . . . . .  | 41 |  |     |
| 106. Quomodo Ulixes domum<br>reverterit . . . . .                                      | 41 |  |     |

### Hrestomatija

|   |    |                     |  |
|---|----|---------------------|--|
| 1. De classis aedificatione . . . . .                   | 42 | Iz Kornelija Nepota |  |
| 2. De Xerxis in Graeciam<br>adventu . . . . .           | 43 |                     |  |
| 3. De pugnis apud Thermo-<br>pylas et Artemisium factis | 43 |                     |  |
| 4. De pugna Salaminia . . . . .                         | 44 | Iz Cezarja          |  |
| 5. De Xerxis in Asiam reditu                            | 44 |                     |  |
| 1. De druidibus . . . . .                               | 45 | Iz Cicerona         |  |
| 2. De moribus Gallorum . . . . .                        | 46 |                     |  |
| 1. De Hannibale et Phormio-<br>ne philosopho . . . . .  | 48 | Iz Fedra            |  |
| 2. De Ciceronis patria . . . . .                        | 49 |                     |  |
| Facete dicta 1., 2., 3. . . . .                         | 50 |                     |  |
| 1. Rana rupta et bos . . . . .                          | 50 |                     |  |
| 2. De vulpe et uva . . . . .                            | 51 |                     |  |
| 3. Aesopus et victor gymn-<br>cus . . . . .             | 51 |                     |  |



# Vaje

---

## Deponentniki a-konjugacije (Sl. § 61)

### 1.\*

#### De puero mendaci

Pastor quidam oves contra lupum tutabatur. Puer homines, qui in agris versabantur, ludificari conatus est. Lamentans precabatur: »Lupus ovibus meis insidiatur, adeste mihi!« Agricolaе celeriter advolaverunt, sed lupum conspicati non sunt. Indignati: »Tali ioco,« inquiunt, »ne laeteris, puer! Calamitatem tibi minamur. Hortamur te, ut bonos pastores imiteris.« Non multo post puer revera lupum conspicatus est. Iterum lamentabatur: »Lupus, lupus!« sed nemo ei auxiliatus est.

### 2.\*

1. Ciceronovo zgovornost so občudovali in jo bodo vedno občudovali. 2. Posnemaj govore dobrih govornikov. 3. Kaj bi tolažilo človeka v nesreči, ko ne bi bilo upanja? 4. Ko sem zagledal prvo vijolico, sem se zelo razveselil. 5. Ako si v bedi, prosi Boga, da te potolaži! 6. Kvint Fabij je z obotavljanjem premagal Hanibala.

## Deponentniki e-konjugacije (Sl. § 63)

### 3.\*

#### De Cyro Maiore

Cyrus, quia fortissimus inter aequales videbatur, a pueris rex creatus est. Cum ei filius cuiusdam nobilis viri adversatus esset, patrem eius non veritus puerum verberibus castigavit. Cum rex Astyages Cyrum ad se vocavisset, is culpam suam fateri veritus non est. »Pueri me,« inquit, »regem creaverunt et obsequium mihi

polliciti sunt. Quia mihi non paruerat, poenam meritus est. Rex auctoritatem suam tuebitur, si iudicium iuste exercebit.<

## 4.\*

1. Najbolj so stare ljudi spoštovali Lacedemonci. 2. Ako boste priznali (fut. II.) resnico, boste oproščeni kazni. 3. Usmilite se me vsaj vi, prijatelji moji! 4. Zmoto priznati ni sramotno. 5. Z izpovedjo (glagol) je krivda manjša. 6. Kar si obljubil, moraš storiti.

## Deponentniki i-konjugacije (Sl. § 65)

## 5.\*

## Monita boni patris

Vocavi vos, filii mei, ut verba patris vestri audiretis. Imprimis vos moneo, ne mentiamini; nam mentiri turpe est. Praeterea mentiendo vobis non proderitis. Cavete voluptates, quae sensibus blandiuntur; nam voluptas, quae blanditur, mentitur. Malum proximo ne moliamini eiusque bonis ne potiamini! Bonus enim homo potius suam rem familiarem partietur et pauperibus largietur. Nam vir sapiens hominem non fortuna, sed virtute metitur. Verba blandientium ne audiveritis! Si me amatis, verba mea observabitis et multis bonis potiemini.

## 6.\*

1. Katilina je snoval državi pogubo. 2. Ako imaš več, kakor ti je potrebno, deli siromakom! 3. Ko so se vojaki polastili velikega plena, so za (de) posamezne dele žrebali. 4. O da bi se ti ne bil nikdar zlagal! 5. Ne poskušaj vsega sam, ampak včasih poslušaj izkušenega (pt. pf.)!

## Glagoli po mešani konjugaciji na io (Sl. § 66)

## 7 a.\*

## De Romulo et Remo

Romulus et Remus, cum Numitori avo regnum Albanum tradidissent, in eis locis, ubi expositi et educati erant, urbem condere cupiebant. Sed utrius nomen urbs futura acciperet? Quia Romulus



et Remus gemini erant, aetas discrimen facere non poterat. Itaque signa deorum observare constituunt. Prior Remus sex vultures, paulo post Romulus duodecim conspicit. Uterque postulabat, ut urbs ab ipso nomen acciperet. Res ad certamen venit, in quo Remus interficitur.

## 7 b.\*

Sed vulgatio est haec fama:

Urbem iam aedificare incipiunt. Effoditur fossa et in eam fruges iaciuntur. Fossa deinde terra impletur et super ea ara imponitur. Romulus sulco muros designat et cives admonet: »Effodite terram, ut fundamenta urbis iaciamus!« Cives libenter opus suscipiunt idque brevi perficiunt. Praeterea Romulus praecipit: »Nemo muros humiles despiciat! Si quis eos despexerit, statim interficietur.« Venit Remus, qui ea verba non audiverat, et humilem murum despiciens transsiluit. Statim capitur et interficitur. Romulus valde dolebat, quod fratrem interfecerat.

1. *Si sapis, sis apis!* 2. *Plurimum habet, qui minimum cupit.* 3. *Veritas saepe odium parit.* 4. *Natura non facit saltus.* 5. *Nos natura parit dociles, industria doctos.* 6. *Quidquid agis, prudenter agas et respice finem.*

## 8.\*

1. Junaško začni! Polovico storjenega ima, kdor dobro začne. 2. Krivičen mir rodi vojsko. 3. Boljše je dajati kakor prejemat. 4. V velikih nevarnostih je rekel rimski senat: »Konzula naj gledata, da država ne trpi škode!« 5. Pridni kmet sadi drevesa, katerih sadov ne bo nikdar ugledal. 6. Sramotnejše je varati kakor varan biti.

## Deponentniki (Sl. § 68)

## 9.\*

## De equo et asino

Asinus cum aliquando gravi onere premeretur, fortunam suam querebatur et ita secum loquebatur: »Miserrimum animal sum. Ad id solum natus sum, ut paterer. Vix expergiscor, cum sarcina oneratus in urbem ingredi debeo. Gradientem me semper saevus servus cum virga sequitur. Quondam sale onustus in aquam lapsus sum. Servus iratus propterea crudeliter ultus est. Ea verbera numquam obliviscar. Utinam mortuus essem, priusquam limen stabuli mei transgressus



sum! Ecce equum! Nihil agit et omnibus commodis vitae fruitur. Ante paucos dies cum domino in bellum profectus est. Quanta gloria decoratus revertetur!« Cum paulo post equus in bello occidisset, asinus sortem eius querebatur et sua gloriabatur.

## 10.\*

1. Hudobni ljudje govore o drugih slabo. 2. Po bitki pri Kanah Hanibal ni izrabil zmage. 3. Vsi bomo umrli, a ura smrti nam je neznana. 4. Ljudje žele, da dosežejo starost. 5. Ko se je Pompej vračal iz Azije, je bil Cezar že odšel v Galijo. 6. Poslušaj mnogo, govori malo! 7. Oblasti so govoreči zakoni. 8. Boljše je krivice pozabiti kakor maščevati; mi smo vašo krivico maščevali s pozabljenjem. 9. Ako domovina zahteva, umrimo zanjo!

## Aktivna opisna konjugacija (Sl. § 57)

## 11.\*

## De Miltiade

Dareus, rex Persarum, ex Asia in Europam exercitum traiecit, ut Graeciam sub suam potestatem redigeret. Athenienses cum Persis pugnaturi decem praetores creaverunt. Cum alii moenibus se defensuri essent, unus Miltiades eis suasit, ut in campo Marathonio acie decernerent. Ibi cum proelium commissurus esset, exercitum sub montis radicibus collocavit, ut monte alto tegetetur. Deinde, cum Persas apud Marathona vicisset, Parum insulam expugnaturus erat. Cum iam Parum oppidum expugnaturus esset, oppidani in remoto luco flammam conspexerunt et dixerunt: »Hoc est signum regis Persarum, ipse nobis auxilio venturus est.« Itaque Parus a Miltiade expugnata non est. Miltiades ipse in carcerem coniectus est.

## 12.\*

1. Zgodovinar Salustij pravi: »Opisati hočem vojno, katero je rimski narod vojeval z numidskim kraljem Jugurto.« 2. Brati hočemo življenjepise slavnih mož, ki jih je napisal Kornelij Nepot. 3. Moji starši nameravajo bivati v Dalmaciji, dokler bo v našem mestu mraz. 4. Kserksa, ki je hotel spraviti Grecijo pod svojo oblast, so Atenci premagali (akt. in pas.). 5. (Tem, ki) bodo zopet vstali! (Napis pri vходу na pokopališče.)

## Pasivna opisna konjugacija (Sl. § 57)

13.\*

### Quid agendum sit

1. Ordo servandus est. 2. Magistro seduli discipuli laudandi, pigri vituperandi sunt. 3. Discipulis pensum scribendum est. 4. Civibus patria, si in periculo erit, defendenda erit. 5. Deus nobis colendus est, parentes honorandi, amici diligendi, pauperes adiuvandi sunt. 6. Musis et amicis omni tempore serviendum est amore, more, ore, re. 7. Nemini desperandum est. 8. Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

14.\*

1. Poveljnik je pred bitko rekel vojakom: »Vojaki, danes moramo zmagati ali umreti.« 2. Tudi pravični Aristid je moral zapustiti domovino. 3. Državljani, za domovino se morate bojevati! 4. Knjige se morajo ne samo kupovati, ampak tudi brati. 5. Ob smrti bomo morali vse zapustiti.

## Posebnosti deklinacij

Osnove na -a in -o (Sl. § 3 in 4)

15.

### Familia Romana sacrificat

Lucius, pater familias, dis deabusque immolaturus, totam familiam suam in atrium convocat. Mater familias, quae etiam a filiis filiabusque domina appellatur, iam adest. Item filiae familias et ancillae apparent. Pater Caium, filium minorem, interrogat: »Cai, mi fili, ubi est Lucius, frater tuus?« Caius respondet: »In horto cum servis humum aridam aqua rigat.« Tum pater: »Convoca omnes!« Lucius cum servis venit, unus Marcius servus abest. Pater interrogat: »Luci, ubi est Marcius?« Lucius respondet: »Fugit improbus et cum eum vocarem, non obtemperavit.« Tum pater exclamat: »Vulgus infidum! Luci, cum sacrificium perfecimus, vade in forum et alium servum eme!« Pater sacrificium perfecit et Lucius, consili patris memor, alium servum emit.



## 16.

1. Hišni oče opominja sina: »Moj sin, spoštuj starše in časti Boga!« 2. Moj dobri Bog, število tvojih dobrot je veliko. 3. Kvint Horacij Flak, tvoje pesmi se bodo brale, dokler se bo gojila latinska književnost. 4. Bogovi so često pozni maščevalci. 5. Zasluge Marka Tulija Cicerona za domovino se bodo vedno slavile.

## Osnove na -e in -u (Sl. 5)

## 17.

## De urbe Roma

Iam Servius Tullius, sextus rex Romanorum, urbem Romam in quattuor tribus urbanas divisit. Nobilissima pars urbis fuit Forum Romanum, quod magnifica templa, amplae basilicae, pulchrae porticus decorabant. Prope forum erat Via sacra arcibus triumphalibus ornata. In altera parte montis Capitolini erat campus Martius, ubi theatrum Pompei stabat, pulcherrimis porticibus ornatum. In quo C. Iulius Caesar a saeva coniuratorum manu die antea constituta, Idibus Martiis anni a. Chr. n. quadragesimi quarti occisus est. Prope forum magnificae domus divitum Romanorum erant. Qui (relativna zveza) domos (domus) suas pulchris imaginibus et statuīs decorabant. Ita imperator Nero in domo sua aurea summae artis opera collocavit. Praeter domos habebant divites etiam splendidae villas, bibliothecis, statuīs, tabulis pictis ornatas. Ne lacus quidem quercubus circumdati deerant.

## 18.

1. Stari so pri molitvi (part.) dvigali roke k bogovom. 2. Cezarju so bile marčeve ide pogubne. 3. Rimski narod je bil razdeljen v 4 mestne okraje in 26 kmetskih. 4. Ciceron je imel na Palatinskem griču prelepo hišo. 5. Alcibiad je bil vzgojen v Periklejevi hiši. 6. Sciti so bili oboroženi z loki in puščicami.

## Osnove na -i (Sl. §§ 6—8)

## 19.

## De ultimis Vergili poetae diebus

Vergilius, poeta Aeneidis, anno a. Chr. n. undevicesimo in Graeciam profectus est, ut huic operi ultimam manum imponeret. Sed



poeta, qui in vita saepe molesta tussi vexabatur, mox in acrem febrim incidit et in patriam reverti coactus est. In itinere morbus summa vi ingruit. Itaque debiles corporis vires vim morbi sustinere non potuerunt. Quare in oppido Brundisio mense Septembri eiusdem anni mortuus est. Sepultus est in urbe Neapoli. Cuius mors ab Horatio poeta, aequali eius, multum deflebatur. In Aeneide canit laudes et virtutes pii Aeneae, qui terra marique multa mala perpessus est.

## 20.

1. V mrzlici včasih muči bolnika silna žeja (pas.). 2. Zdravnik da bolniku močno zdravilo, da ga reši nadležnega kašlja. 3. S stolpa ljubljanskega gradu se vidi vse mesto. 4. Žejo najboljše gasimo z vodo. 5. Sovražniki so mesto z ognjem in mečem opustošili. 6. V letopisu so bili popisani dogodki tistega leta.

## 21.

## De cane et fele

Inter animalia domestica canis fidelissimum animal habetur. Ideo custos domus est et comes iuvenum et senum in eorum itineribus. Homerus narrat: Cum Ulixes post viginti annos in patriam revertisset, unus canis dominum suum cognovit. Custodiae canum etiam greges committuntur. Praeterea in nonnullis montibus Alpium, ubi saepe altae nives sunt, canes viatores fessos e periculis nivium et faucium servant.

Feles nobis alia officia praestat. Haec curat, ne mures frumenta aliosque fructus comedant. Nam magnam multitudinem murium vel in domo vel in agris perimit. Sed saepe etiam nidis volucrum insidiatur. Dominae libenter blanditur, ut in parvo vase paulum lactis accipiat. Est etiam plena fraudium.

Canis est magis amicus marium, felis magis amica feminarum. Ossa a domina proiecta saepe sunt causa litium inter canem et felem.

## 22.

1. Znaki dob so po Ciceronu: slabost dečkov, srčnost mladeničev in resnost starčkov. 2. Izreki vedežev so bili pri starih v največji časti. 3. Množica ptičev spomladi in poleti naznanja s svojim petjem dan. 4. Množica kosti kaže kraj, kjer gospoduje volk. 5. Rimsko mesto je bilo v Katilinovem času polno preprirov in prevar.

## Konzonantne osnove (Sl. §§ 9 in 10)

23.

### De navigatione Graecorum et Romanorum

Primi nautae Phoenices erant. Sed etiam Graeci multum navigabant. Ex insula Paro marmor Parium, ex urbe Corintho aes Corinthium (id est: statuas et vasa ex aere Corinthio facta) in diversas terras vehebant. Per immensum aequor etiam colonias in Siciliam, Italiam, Galliam deducebant. Ita ad os fluvii Rhodani celebris civitas Massiliensium a Graecis condita est. Graeci etiam in ora Dalmatiae et in nonnullis insulis maris Adriatici colonias constituerunt. Romani bellis Punicis classem aedificare coacti sunt. Postquam vero potestatem totius fere orbis terrarum adepti sunt, magnum numerum navium longarum et onerariarum habebant. Si fluvii ad navigandum apti erant, navibus et lintribus merces vehebant.

Uganka.

Mitto tibi navem prora puppique carentem.

24.

1. Zaradi neprestanega deževja so reke poplavile mnogo polja.
2. Zdravniki nevarne bolezni v grlu (gen.) zdaj zelo večje zdravijo.
3. Rimljani so Jupitru darovali svinjo, ovco in govedo.
4. Pomlad je čas cvetlic, poletje žetev, jesen raznih sadežev, zima snežnih zametov.

## Defectiva et abundantia (Sl. § 11)

25 a.

### Nonnulla de vita nostra

Mane animus noster alacer est, vires recreatae. Sol tenebras fugat et nos invitat, ut a Deo opem petamus. Bene agis, si primo mane negotium suscipis tua sponte, non monitu vel iussu alterius. Qui ita facit, merito frugi vocatur. Sed officium negligere nefas est; qui hoc facit, nequam est. Alii vi ingenii, alii ope virium corporis, quae ad vitam necessaria sunt, quaerunt. Si parvo contentus es, magnas divitias possides. Opes autem externae plerumque non sunt tutae. Nam quibus magnae fortunae sunt, iis mali homines insidias



parant. Neque moenia neque arma in aedibus ab homine nefario tales tutos reddunt. Et pauci tam fortes sunt, ut inimicitias et minas neglegere possint.

1. *Vis vim vi expellit.* 2. *Contra vim mortis non est medicamen in hortis.*

25 b.

### De luxu Romanorum

Amoena loca Italiae pulcherrimis villis ornata erant, ubi divites Romani otio fruebantur. Notissimae erant Baiae, in Campania ad mare sitae, ubi celeberrimae aquae salubres erant. Ibi multi Romani aetatem per luxum agebant et mensas conquisitissimis epulis exstruebant. Quare permulti homines magnum aes alienum contraxerunt. In epulis pretiosissima vasa adhibebantur. In vasis picturae hominum et operum inveniuntur, de quibus multi loci veterum scriptorum narrant. Magna copia vasorum nostra aetate effossa est.

26.

1. Korint je stal (situs) v ožini in soteski Grške. 2. Tolikšna je bila množina dežja, da je voda vdrla v hiše. 3. Bogatin je včasih med bogastvom (opes) ubog (inops). 4. Sila rodi silo. 5. Ker kmetje svojih dolgov niso mogli plačati, se jim je dolg do polovice zmanjšal.

### Komparacija (Sl. §§ 13—15)

27.

### De pietate

Veram pietatem summam et maxime necessariam virtutem putamus. Est enim pietas recta ratio cum Deo. Deum autem et benevolentissimum et beneficentissimum patrem omnium nostrum appellamus. Propterea ei grati esse debemus. Sed Deo gratissimi erimus et eius simillimi, si in homines benevoli et benefici erimus. Propterea eo benevolentiores et beneficentiores simus, quo miseriores homines videmus. Sed quam pauci sunt vere pii, quam multi malevolentissimi et maledicentissimi, ideo Dei dissimillimi!

1. *Verbum bonum super donum optimum.* 2. *Video meliora proboque, deteriora sequor.* 3. *Tum tua res agitur, paries cum pro-*



*ximus ardet. 4. Servitus malorum omnium postremum est. 5. Spe nihil aegris magis necessarium. 6. Sui imperium maxime arduum. 7. Natura in minimis maxima.*

## 28.

## De Italia

Italia antiqua divisa est in partes tres, quarum una Italia superior, altera media, tertia inferior appellabatur. Italiam superiorem Galli, qui Alpes transgressi erant, incolebant. Quare ea pars Gallia citerior nominabatur. Galliam vero, quae trans Alpes erat, Romani ulteriorem vocabant. In Italia superiore nobilissimus fluvius est Padus, qui per septem ora in mare superum seu Adriaticum se effundit.

Media Italia sex regiones continebat. Ex interioribus regionibus complures fluvii fluunt, in quibus notissimus est Tiberis, qui in mare inferum seu Tyrrhenum influit. In ea parte Roma, urbs celeberrima, sita erat.

Italia inferior prioribus temporibus Magna Graecia appellabatur. Nam tota fere coloniis Graecis plena erat.

## 29.

1. Bodimo dobrotljivejši do tistih, ki nam dobrot ne morejo vračati. 2. Kaj je veličastnejše kakor z zvezdami okrašeno nebo? 3. Kruh je ljudem potrebnejši kakor meso. 4. Ciceron je imenoval Katilino najzlobnejšega in najmalopridnejšega človeka. 5. Kranjska se je nekoč delila v gorenjski, dolenski in notranjski del. 6. V najbolj notranjih delih zemlje se nahaja veliko bogastvo.

## Pronomen indefinitum (Sl. § 25)

## 30.

*Suae quisque fortunae faber*

Haec sententia, si recte intellegitur, aliquid veri continet. Homi- nibus enim libera est voluntas. Quidquid igitur agunt, libere agunt. Qualia fuerunt facta, talis est plerumque sors; neque quisquam beatus est, qui quamlibet voluptatem petit. Sed quaecumque fortuna est, secunda vel adversa, unusquisque in se ipso causam beatæ vitæ

habet. Ditissimus quisque non est semper felicissimus et pauperrimus non semper miserrimus.

1. *Alter alterum docet.* 2. *Prima est historiae lex, ne quid falsi dicere audeat.* 3. *Suos quisque excusat mores.* 4. *Quidquid futurum est summum, ab imo nascitur.* 5. *Aliud est vituperare, aliud corrigere.* 6. *Innocens nullius animum offendit, nemini insidias parat, neminem opprimit, a nullo ad iniuriam inducitur.* 7. *Qui nimium probat, nihil probat.*

## 31.

1. Kar koli govorimo, naj bo resnično! 2. Vse najboljše je najredkejše. 3. Nespameten človek vsakemu verjame. 4. Pravičnost nikdar nikomur ne škoduje in daje vsakemu svoje. 5. Nihče izmed nas ni brez kake napake. 6. Bedno je življenje brez vsake nade. 7. Kar enemu ugaja, drugemu ne ugaja.

## Sklad mestnih imen (Sl. § 28)

## 32.

## Marcus Publico amico salutem (dicit)

Ex quo tempore Roma discessi, multas et praeclaras res vidi. Nam totam fere Graeciam peragravi. L. Aemilius Paullus enim, postquam Perseum, ultimum Macedonum regem, vicit, Graeciam peragrare statuit. Itaque cum paucis comitibus, inter quos et ego eram, Amphipoli per Thessaliam Delphos profectus est. Inde Chalcidem properavimus. Chalchide Aulidem traiecimus Dianaeque aedem intravimus, ubi Agamemnon Iphigeniam filiam immolaturus erat. Athenas inde pervenimus, quae permulta opera miranda habebant: arcem, portus, muros Piraeum cum urbe coniungentes, simulacra deorum et hominum. Athenis aliquot dies morati sumus, deinde Corinthum sumus profecti. Quae urbs clarissima est, in Isthmo sita, qui duo maria dividit. Corinthi non diu morati sumus, sed Lacedaemonem properavimus, quae non operum magnificentia, sed disciplina institutisque clara fuit. Inde per Megalopolim Olympiam ascendimus. Ibi Aemilius Iovi ingens sacrificium apparavit. Cum ita Graeciam peragravisset, Amphipolim revertimus.

Certe tu quoque, mi Publi, praeclara illa loca videre cupis. Ubi nunc es? Domi tuae, Romae, an ruri, Tibure, in amoenissima villa



vestra? Eo enim aestate rus evolare soletis. Nunc fortasse iam rure domum remigravistis. Si me amas, quam primum mihi respondebis. Vale!

Amphipoli Idibus Septembribus 587 ab u. c.

## 33.

**Potovanja nekaterih slavnih mož**

1. Zgodovinar Herodot, rojen v Halikarnasu, je dežele, ki jih opisuje, sam prepotoval. V Olimpiji in Atenah je bral odlomke (pars) iz svoje zgodovine (gen. pl.). Iz Aten je odšel v Italijo.

2. Pesnik Ovidij se je l. 43. pred Kr. r. rodil v Sulmonu. Pozneje je dolgo bival v Rimu. L. 7. po Kr. r. je bil izgnan v Tome. Iz Tomov se nikoli ni vrnil domov, ampak je v Tomih umrl l. 17. po Kr.

\*

1. Bogati Rimljani so bivali nekoliko v Rimu, nekoliko na deželi. 2. Nekateri odlični možje so bili z dežele poklicani v Rim k najvišjim častem. Ko so ti izvršili v miru in vojni velika dela, so se vrnil spet na deželo. 3. Tudi vi ne morete ostati vedno doma; z doma ste prišli, da se izobrazite, toda domov se boste vedno radi vračali.

**Delilni števnik (Sl. §§ 29 in 30)**

## 34.

**De legione Romana**

Romae ab anno a. Chr. n. quingentesimo nono quotannis bini consules creabantur. A consulibus dilectus quaternarum legionum habebatur. Legio pars fuit exercitus Romani. Numerus autem militum, quos singulae legiones continebant, omnibus temporibus non idem fuit. Nam initio singulae legiones terna, postea quaterna, nonnumquam etiam sena milia peditum, trecenos vel quadringenos equites continebant. Peditatus legionis dividebatur in denas cohortes, cohors in ternos manipulos, manipulus in binas centurias (vel binos ordines), singulis autem ordinibus singuli centuriones praeerant. Toti vero legioni praefectus erat legatus. Equitatus legionis pro numero cohortium in denas turmas, turma in ternas decurias dividebatur. Itaque singulae legiones tricenos manipulos et totidem decurias continebant. Pro unis castris legiones interdum bina vel trina castra faciebant.



## 35.

1. Vsako peto leto sta bila v Rimu voljena po dva cenzorja. 2. Cezar je v Galiji napravil tri tabore, Germani pa so imeli proti njemu dva. 3. Kateri meseci imajo po trideset dni? 4. Da bi rešil Rim galskega obleganja, je nabral Tit Manlij dve legiji, ki sta imeli po 5200 pešcev in 500 konjenikov. 5. Cezar je v istem času narekoval po sedem pisem. 6. Avgust je često dal ljudstvu (posebna) darila, zdaj po 400, zdaj po 300, včasih po 250 novcev.

## Množilni števniki (Sl. §§ 29 in 30)

## 36.

## De M. Sergio Silo

Plinius Maior narrat:

M. Sergius praetor cum a collegis sacrificiis arceretur, quod debilis erat, hanc fere orationem habuit: »Secundo bello Punico dexteram manum amisi atque ter et vicies vulneratus sum; bis captivus in custodiam abductus sum, sed bis e vinculis evasi; sinistra manu sola uno die quater pugnavi; postquam pro dextera amissa ferream mihi fabricatus sum, ea tam bene rem gessi, ut Cremonam obsidione liberaverim, Placentiam defenderim, duodena hostium castra in Gallia citeriore expugnaverim. Atque haec ego cum gesserim, a vobis ut homo debilis arceor sacrificiis?«

1. *Semel captus, centies reus.* 2. *Bis dat, qui cito dat.* 3. *Lectio, quae placuit, decies repetita placebit.*

## 37.

1. Marij je bil sedemkrat izvoljen za konzula. 2.  $2 \times 2 = 4$ ;  $3 \times 3 = 9$ ;  $4 \times 4 = 16$  itd. 3. Koliko je  $4 \times 10$ ?  $7 \times 20$ ? 4. Peter je rekel Jezusu: »Gospod, če greši zoper mene moj brat, kolikokrat naj mu odpustim? Sedemkrat?« Jezus mu pravi: »Ne rečem ti sedemkrat, ampak sedemdesetkrat sedemkrat.« 5. Naša država ima približno 15 milijonov prebivalcev.

## Posebnosti konjugacij

### Fero (Sl. § 34)

38.

#### De Hannibale

Hannibal cum novem annos natus esset, patrem rogavit, ut in Hispaniam duceretur. Pater ei dixit: »Poterisne labores vitae militaris ferre?« Hannibal: »Feram,« inquit; »nam famem et sitim, frigus et calorem iam nunc facile fero.« »Utique ea omnia fers, sed in militia maiora his ferri debent. Sed quia etiam ab aliis praecipua laude ferris, faciam, ut desideras, sed prius mecum ad aram accede.« Hamilcar enim forte diis hostias oblaturus erat. »Affer manum dexteram in aram et mihi sempiternum odium in Romanos promitte!« Hannibal manum affert et promittit.

In castris nulla re a militibus differebat, differebant solum arma eius et equi. Cum viginti quinque annos natus esset, ei summum imperium delatum est. Statim constituit, ut Romanis in Italia bellum inferret. E proeliis semper victor excedebat. Et quia cives ei opem ferre desierunt, paulatim Romani ei fructus omnium victoriarum abstulerunt.

1. *Semper dic verum, vacuam duc crimine vitam,  
fer patienter onus, fac sapienter opus!*

2. *Relata refero.*

39.

1. Zemlja se imenuje rodovitna, ker prinaša sadove. 2. Vojak, ki je v rimski vojski nosil srebrnega orla, se je imenoval orlonoša. 3. Kar bo usoda prinesla, bom ravnodušno prenesel. 4. Poljedelec cepi (inero) drevesa, da donašajo boljše sadeže. 5. Grčija je rodila (fero) najslavnejše umetnike, Italija največje vojskovodje. 6. Presladka domovina, po pravici te slave in te bodo slavili pesniki (pas.). 7. Jugoslavija se more po lepoti (abl.) primerjati z najlepšimi deželami. 8. V jezi ne kaznuj (konj. pf.), ampak kazen odloži! 9. Rimljani so iz zavzetega Korinta odnesli veliko množico umetnin in jih prenesli v Rim.



Volo, nolo, malo (Sl. § 35)

40.

De Alexandro Magno

Alexander in regno patris manere noluit, sed imperio totius orbis terrarum potiri volebat. Ei, cum Corinthi esset, nuntiatum est: »Prope urbem est Diogenes quidam, qui nullius rei indiget.« Rex eum videre voluit. Cum ad eum venisset, comiter eum salutavit et ex eo quaesivit: »Diogenes, num quid vis? Faciam, quidquid volueris.« At ille: »Velim,« inquit, »ut mihi paulum a sole recedas.« Offecerat enim rex apricanti philosopho. Pariter responsum atque hominem admiratus dixit: »Hercle, nisi Alexander essem, vellem esse Diogenes.«

Eundem regem, cum in campis Asiae monumenta Troica perlustraret, ex incolis quidam interrogavit: »Nonne vis Paridis lyram videre?« At ille: »Nolo, velim Achillis lyram videre, malim vero videre eius hastam.«

1. *Aut prodesse volunt aut delectare poetae.* 2. *Idem velle atque idem nolle vera et firmissima est amicitia.* 3. *In magnis voluisse sat est.*

41.

1. Ako hočeš biti ljubljjen, ljubi! 2. Kar hočemo, radi verjamemo. 3. Ne (nolo) laži! Laži nikdar ne koristijo. 4. Hoteti in delati ni isto. 5. Pametni ljudje ne bodo nikdar hoteli, česar ne morejo izvršiti. 6. O da bi vsi hoteli delati, kar naj bi samim in drugim koristilo! 7. Rajši hotimo odpuščati drugim kakor sebi! 8. Ne bo znal zapovedovati, kdor ne bo hotel prej slušati.

Ire in composita (Sl. § 36)

42.

De Aesopo et viatore

Aesopus, fabularum scriptor, per agros Atticae ibat et animalium quorundam vitam observabat. Cui, cum tarde iret, viator quidam celeriter obviam venit et Aesopum appellans: »In urbem,« inquit, »iturus sum; quam diu mihi illo eundum erit?« Aesopus dixit: »I!« At ille: »Cur mihi imperas, ut eam? Ipse ibo.« Et iratus abiit.



Cum vero viator paulum porro iisset, Aesopus clamavit: »Non amplius quam unam horam ibis, carissime.« Tum viator miratus interrogavit: »Cur mihi hoc non statim dixisti?« Aesopus autem: »Non omnes eadē celeritate eunt. Idcirco prius te euntem observare debui.«

1. *Fama crescit eundo.* 2. *Ibis, redibis numquam peribis in bello.* 3. *I, bone, quo virtus tua te vocat, i pede fausto!* 4. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito!* 5. *Quod praestare nequis, hoc ne promiseris ulli!*

## 43.

1. Učite se, dečki, meseci potekajo (transeo). 2. Lastovke jeseni odlete (odidejo), spomladi se vrnejo. 3. Duša ne bo hkrati s telesom preminula (intereo). 4. Hanibal je hodil prvi v boj. 5. Rimljani so Ciceronu, vračajočemu se v domovino, šli naproti. 6. Miltiad je umrl (diem supremum obeo) v državni ječi. 7. Grki ne bi bili propadli, ko bi bili edini. 8. Srednja pot najboljša pot. (Po sredi (abl.) boš najbolj varno (adj.) hodil.) 9. Odšel je, ni umrl (obeo).

## Fio (Sl. § 37)

## 44.

## De Mida

Bacchus Midae, regi Phrygiae, quod Silenum, praeceptorem eius et comitem benignissime receperat, pollicitus est: »Quidquid volueris, tibi fiet.« Tum rex oravit, ut, quodcumque tetigisset, aurum fieret. Bacchus autem: »Male quidem,« inquit, »optavisti, sed fiat, quod petivisti.« Midas cum abiisset, statim muneris vim temptavit: omnia saxa, omnia ligna, cetera, quae tetigerat, aurum fiebant. Sed etiam cibi, cum dentes admoverat, in aurum mutabantur. Quo factum est, ut rex in periculum veniret, ne periret fame. Quare Midas illo munere Bacchi miserrimus homo factus est. Ac nisi deum oravisset, ut, si fieri posset, illo munere liberaretur, misere periisset.

*Nemo casu fit bonus.*

## 45.

1. Vse se godi po določenih zakonih. 2. Zgodi se pravica, naj propade svet! 3. Brez truda ne moreš postati učen. 4. Pri starih

Rimljanih so celo poljedelci postajali konzuli. 5. Storili bomo vse (pas.), kar se mora storiti. 6. Vsak dan postani boljši! 7. Bog je rekel: »Bodi (nastani) svetloba!« in nastala je svetloba.

### Verba anomala (Sl. § 38)

#### 46.

1. Legati Samiorum, auxilium orantes, longam orationem habuerunt. Tum Lacedaemonii: »Prima obliti sumus, postrema non intelleximus, quia prima non meminimus.« 2. Themistocles Atheniensis, cum ei Simonides artem memoriae polliceretur: »Oblivionis,« inquit, »mallem; nam memini etiam, quae nolo, oblivisci non possum, quae volo.«

3. *Dimidium facti, qui bene coepit, habet.* 4. *Aequam memento rebus in arduis servare mentem!* 5. *Quae pati fuit durum, haec meminisse dulce est.* 6. *Peccantem puerum, qui non corrigit, odit.* 7. *Edere (esse) oportet, ut vivas, non vivere, ut edas.* 8. *Oderunt peccare boni virtutis amore.* 9. *Ave, Caesar, morituri te salutant!*

#### 47. \*

1. Spominjajte se teh, ki so vam izkazali dobrote. 2. Kdo bi bil potreben (egeo), ko bi se bogatini vedno spominjali siromakov? 3. Sovražiti moramo napake in družbo hudobnih ljudi, ne pa ljudi samih. 4. Božja zapoved ukazuje, da odpuščamo tistim, ki nas sovražijo. 5. Rimljani so začeli sovražiti Tarkvinija Ošabnega, ker je postal krivičen. 6. Kadar so stari Rimljani prihajali, so pozdravljali: Pozdravljen! kadar so pa odhajali, so govorili: Zdravstvuj!

### Impersonalia (Sl. § 39)

#### 48 a.

#### Die aestivo

Dies illucescit, aurora iam fulget, mox oritur sol fitque pulcherrimus dies. Caelum serenum est, nulla nubes apparet. Sol lucet et magno ardore terram urit. Agriculae in agris sedulo laborant. Sed post meridiem sol subito obscuratur et caelum atris nubibus obducitur. Procul iam fulgurat, audiuntur tonitrua, crebra fulgura micant. Pro-



cella cito appropinquat. Iam apud nos saepius fulgurat et tonat. Deinde funduntur largi imbres. Interdum etiam grandinat. Homines Deum precantur, ut calamitatem avertat. Mox caeli serenitas redit. Cum advesperascit, caelum iterum rutilat et alti montes nova nive tecti fulgent. Dum enim locis planis pluit, in altis montibus ninxit.

*Feriant summos fulmina montes.*

48 b.

### Initio Septembris

Filius: »Ah, transierunt feriae tempusque venit, quo iterum scholam frequentare debeo! Quam molestos labores tristesque calamitates mihi afferet! Iam nunc me piget linguae Latinae, mathematicae autem plane taedet. Me magis iuvant ludi sub divo, mihi libet ascendere altos montes. Felices, qui foris vitam degere possunt!«

Mater: »Pudeat te, mi fili, talium verborum! Ecce, etiam nos ita laboramus, ut nos saepe laborum nostrorum taedeat, et tamen laboramus. Quam multi agricolarum pueri optant, ut scholam frequentare possint! Sed iis non licet. Itaque te diligenter discere decet. Praeterea tibi discere expedit. Nam quot linguas calles, tot capita vales. Si nunc discere non vis, te aliquando pigritiae tuae paenitebit.

49.

1. Ker danes zelo sneži, ne moremo (iz)iti z doma. 2. Pridnemu učencu učenje ne bo mrzelo, leni se bo pa kdaj (svoje) lenobe kesal. 3. Mnogim ugaja (libet) delati to, kar ni dovoljeno. 4. Vedno delajte to, kar se vam spodobi! 5. Vedno me veseli kaj novega slišati. 6. Usmiljenim se bodo bedni ljudje vedno smilili.

### Accusativus cum infinitivo (Sl. § 41)

Acc. c. inf. kot objekt

50.

### De Monica, matre sancti Augustini

Augustinus ipse tradit se matri conversionem ad verum Deum debere. Dicit enim eam perpetuo Deum imploravisse, ut filius verum Deum agnosceret. Et laetus confitetur Deum exaudivisse matrem nec



lacrimas eius despexisse. Nam negari non potest Augustinum maxime precibus et lacrimis Monicæ conversum esse. Meminimus s. Augustinum in Africa vixisse; sed scimus iis temporibus eum cum matre et fratre in Italia versatum esse. Ipse autem scribit se rursus cum eis in Africam redire voluisse. Sed scriptum legimus apud Augustinum matrem, cum Ostiæ esset, in morbum incidisse. Et illa iussit filios se mortuam Ostiæ sepelire. Sed filii speraverunt matrem denique permissuram esse, ut in patria sepeliretur. Id etiam factum esse novimus.

1. *Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.* 2. *Scio me nihil scire (Sokrat).*

51.

1. Kdor pravi, da nič ne ve, je morda modrejši kakor tisti, ki pravijo, da mnogo vedo. 2. Nihče ne taji, da so siromaki često srečnejši kakor bogatini. 3. Vedite, da ste slabotni ljudje! 4. Otroci naj vedo, da dolgujejo staršem največjo hvaležnost. 5. Božji zakon nam veleva ljubiti tudi sovražnike.

Acc. c. inf. kot subjekt

52.

*Mortuis sepulturam negare nefas est*

Propinquos mortuos suos vel eorum cineres rite sepelire apud veteres fas putabatur, non sepelire nefas ducebatur. Nam opinio erat animas requiem prius assequi non posse, quam corpora sepelirentur.

Ne hosti quidem sepulturam negare licebat. Sic notum est etiam Achillem Hectoris corpus Priamo reddidisse. E fabula Graeca etiam notum est Creontem, regem Thebanorum, mortis poenam proposuisse, si quis Polynicen, qui contra patriam pugnans ceciderat, sepelivisset. At Antigonom sororem sine ullo timore corpus fratris pulvere texisse traditum est. Quare eam ab avunculo vivam in spelunca inclusam esse memoriae proditum est. Tamen eam pulcherrimum facinus fecisse patet. Et cui ignotum est Creontem eam culpam interitu totius familiae poenas solvisse?

*Solamen miseris socios habuisse malorum.*

## 53.

1. Resnično je, da je nezmernost vzrok mnovega zla (pl.). 2. Očitno je, da brez truda nihče ni in ne bo dosegel slave. 3. Spodobi se, da so dečki skromni. 4. Dognano je, da hudobni ljudje zavidajo dobrim. 5. Lahko se spozna, da svet ni slučajno nastal. 6. Pri Rimljanih ni bilo dovoljeno (nefas) državljana biti s šibami ali pribiti na križ.

## Nominativus cum infinitivo (Sl. § 42)

## 54.

## De Xenophonte

Xenophon Atheniensis a Proxeno, amico suo, invitatus esse traditur, ut expeditioni Cyri Minoris contra Artaxerxem fratrem interesset. Is de ea re Socratem magistrum certiozem fecit. Sed Socrates respondisse fertur: »Non recte acturus esse videris, amice; nam inimicos patriae iuvare vetaris.« At cum ille in proposito perseveraret, a magistro oraculum Apollinis consulere iussus est. Expeditioni eum interfuisse et post Cyri mortem exercitum Graecorum domum reduxisse traditum est.

Athenienses eum exsilio multavisse, Spartani vero ei praedium in Elide donavisse feruntur.

Athenienses eum postea in patriam revocaverunt. Ipse quidem non revertit, tamen filios suos in equitatu Atheniensium militare iussit. Cum forte sacrificaret, ei nuntiatum est unum ex iis in pugna cecidisse. Itaque primo coronam deposuisse dicitur, sed cum eum fortiter pugnans cecidisse comperisset, sacrificium continuasse et dixisse fertur: »Scio me mortalem genuisse.«

*Qui tacet, consentire videtur.*

## 55.

1. Mladičiči, veleva se vam, da spoštujete starčke. 2. Po pravici se dečkom prepoveduje vpričo starejših mnogo govoriti. 3. Pripoveduje se, da je bil Dioklecian sin pisarjev. 4. Demosten je često rekel: »Zdi se, da se mi Atenci premalo brigamo za svojo državo.« 5. Prijatelj, zdelo se bo, da si zapravljiv, ako boš svoje premoženje slabo upravljal. 6. Sporoča se, da je Cezar, ko je med zarotniki zagledal



Bruta, vzkliknil: »Tudi ti, moj Brut?« 7. Ko so bile Tebe zavzete, se je vojakom prepovedalo razrušiti Pindarjevo hišo. 8. Cezar je ukazal most pri Genavi razdreti.

### Nezavisni vprašalni stavki (Sl. § 43)

56.

#### Cebes et Simias veniunt ad Socratem

Cebes et Simias, duo Thebani, Athenas venerunt, ut urbem viderent. Vident iuvenem, qui valde festinabat. »Ohe, hospes, quo tam vehementer properas?« »Ad illum coetum iuvenum, qui in illa umbrosa porticu colloquuntur.« »Consiste, quaesumus, paululum! Vólumus te quaedam interrogare.« »Audio.«

»Quis est ille vir, calvus et nudis pedibus, et qui sunt iuvenes, qui cum eo loquuntur?« »Socrates philosophus et discipuli eius.« »Esne tu quoque eius discipulus?« »Ita est.« »De quanam re tam studiose disputant? Pótesne dicere?« »Varii sunt eorum sermones, praecipue autem de his rebus colloqui solent: Nonne legibus semper obsequendum est? Num homo bonus inimicis irascitur, iniurias acceptas ulciscitur, beneficia obliviscitur? Utrum melius est iniuriam facere an accipere? Quid est virtus? Estne scientia annon? Utrum animi hominum immortales sunt, an una cum corpore interibunt?«

»Et quantam pecuniam a discipulis postulat?« »Nullam.« »Quam mira narras! Etiam nos cum illo colloqui cupimus.« »Ducam vos ad illum.«

57.

1. Stari so tujca spraševali: Kdo si, kdo so tvoji starši, od kod prihajaš, kam greš? 2. Farizeji so Kristusa vprašali: »Kaj se ti zdi? Ali se sme cesarju davek dajati ali ne?« Jezus pa je rekel: »Kaj me skušate, hinavci? Pokažite mi davčni novec!« Nato reče: »Čigava je ta podoba in napis?« 3. Kje ali kakšen je tvoj duh (mens)? Moreš li povedati? 4. Ali ne postanejo pesniki s svojimi pesmimi nesmrtni? 5. Mar je bil kak govornik po zgovornosti kos Demostenu? 6. Ali so se Grki ali Rimljani bolj prizadevali za lepe umetnosti?



## Zavisni vprašalni stavki (Sl. §§ 44 in 45)

58.

## Nemo ante mortem beatus

Croesus, ditissimus ille rex Lydiae, aliquando e Solone Atheniensi quaesivit, quem omnium beatissimum existimaret. Solo nonnullos homines, qui iam mortui erant, nominavit. Deinde Croesus interrogat, cur tantum mortuos nominet. Solo illi: »Quia ii,« inquit, »vitam etiam prospere finiverunt«. Tum rex: »Dic mihi, quid de mea felicitate iudices!« Vir sapiens autem: »De nullo homine vivo dicere possum, utrum beatus sit necne.« »Quid? Ne de rege ditissimo quidem affirmare audes, utrum beatus mansurus sit necne?« »Ignorare videris, rex, quantis calamitatibus etiam ditissimi reges obnoxii sint. Nemo ante mortem beatus!«

Dubitabat ergo Croesus, verumne an falsum Solo locutus esset. Sed paulo post a Cyro, rege Persarum, victus et in rogam impositus est, ut igni cremaretur. Ibi cum ter exclamavisset: »Solo!«, Cyrus eum interrogavit, quid ea voce vellet. Tum Croesus narravit, quid Solo de felicitate humana iudicavisset. Qua re Cyrus admonitus est, quam caducae essent res humanae; itaque Croesum de rogo deduxit eique vitam donavit.

*Fide, sed ante vide, cui tuto fidere possis!*

59.

1. Negotovo je, kaj prinese večer. 2. Sokrata so vprašali, ali ima peržanskega kralja za srečnega. Odgovoril je: »Tega ne morem reči, ker ne vem, ali je dober ali ne.« 3. Na Aristidu in Temistokleju se je spoznalo, za koliko zgovornost presega nesebičnost. 4. Vpraša se, ali je to naša ali vaša krivda. 5. Ne vem, ali naj odidem ali ostanem, se približam (adeo) ali bežim. 6. Pri Germanih so družinske matere odločale, ali je koristno začeti vojno ali ne.

## Finalni stavki (Sl. § 46)

60.

## De Cimonis humanitate

Cimon compluribus locis praedia hortosque habebat neque in iis umquam custodem ponebat, ut fructus servaret. Id ideo faciebat, ne quis impediretur, quominus iis rebus frueretur, quibus quisque vellet.

Semper eum pedisequi cum nummis sequebantur, ut, si quis opis eius indigeret, statim daret. Saepe, cum aliquem minus bene vestitum videret, suum amiculum dedit. Cottidie ei magna cena parabatur, ut omnes egenos homines ad se vocaret. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit. Nullus ei metus erat, ne haberet, quod daret, timebat vero, ut haberet, quibus daret. Quia sic se gerebat, non est mirandum, quod et vitam suam civibus fecit caram et mortem acerbam.

*Quidquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta  
percipiant animi dociles teneantque fideles.*

## 61.

1. Znano je, da je Hanibal pil strup, da ne bi bil izročèn Rimljanom. 2. Lakomnik se vedno boji, da ne bo imel zadosti. 3. Senat je sklenil, naj konzul gleda, da država ne trpi škode. 4. Sula je dal slabemu pesniku plačilo, toda pod pogojem, da več ne piše. 5. Alpe niso ovirale Hanibala, da ne bi pripeljal vojske v Italijo. 6. Sparta ni imela obzidja, da bi državljanji tem hrabreje branili mesto. 7. Jeza ovira duha, da ne more spoznati pravega. 8. Ciceron je dosegel, da je zvedel za vse Katilinove načrte.

## Konsekutivni stavki (Sl. § 47)

## 62.

## De Demosthene

Clarissimus Graecorum orator fuit Demosthenes. Testimonio ipsius Ciceronis tanta ei dicendi vis inerat, ut merito in numero maximorum oratorum haberetur. Nam in eo tantum studium tantusque labor erat, ut omnia impedimenta naturae industria superaverit. Ita enim balbus erat, ut litteram „r“ dicere non posset. Sed exercendo perfecit, ut nemo planius loqueretur.

Praeterea spiritus eius angustior erat, sed continendo spiritum in dicendo tantum est assecutus, ut eam difficultatem non amplius sentiret. Quin etiam, ut memoriae proditum est, in os calculos coniecit et summa voce multos versus uno spiritu pronuntiabat. Ita factum est, ut gloriam summi oratoris assequeretur. Dubium non est, quin multi, qui se in quaque arte tanto studio exercuerint, in ea multum profecturi sint.

*Poeta nascitur, orator fit.*



1. Reka Krka teče s toliko počasnostjo, da se z očmi komaj more razločiti, v kateri kraj (utra pars) teče. 2. Tolikšna je moč poštenosti, da jo tudi v sovražniku ljubimo. 3. V maratonski bitki so Atenci toliko več premogli po hrabrosti, da so desetkratno število sovražnikov pobili. 4. Pravica zmagalcev je, da vladajo tistim, katere so premagali. 5. Zgoditi se more, da kdo prav misli, pa tega, kar misli, ne more lepo povedati. 6. Ni dvomiti, da so bili pred Homerjem pesniki. 7. Dumnorig ni dvomil, da bodo Rimljani tudi Heduvcem z ostalo Galijo ugrabili prostost.

### Temporalni stavki (Sl. § 48)

64 a.

#### Quid deus sit

Simōnides Ceus, clarus Graecorum poeta, cum ex eo Hiero, tyrannus Syracusanorum, quaesivisset, quid aut quale esset deus, unum diem ad deliberandum poposcit. Cum ex eo postridie quaereret, ille biduum petivit. Cum saepius duplicaret numerum dierum admiratúsque Hiero requireret, cur ita faceret, Simonides respondit: »Quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior.«

64 b.

#### Quantopere Philippus et Alexander Aristotelem honoraverint

Exstat epistula, quam Philippus, rex Macedonum, postquam Alexander puer natus est, Aristoteli philosopho Athenas misisse traditur. Rex haec fere scripsisse dicitur: »Filiū mihi genitū esse scito. Magnas diis gratias habebō non tam, quod natus est, quam quod temporibus vitae tuae natus est. Utinam educatus eruditusque a te dignus existat et nobis et regni successione!« — Ubi (primum) ingenium pueri adolevit, Philippus Aristotelem Pellam vocavit. Qui cum eo venisset, diligentissime et optime munere doctoris functus est. Postquam huius disciplina Alexander per quinquennium usus est, dicere solebat: »Ego non minus Aristoteli quam Philippo debeo: huius enim munus fuit, quod vivo, illius, quod honeste vivere possum.«

*Laudat alauda Deum, dum sese tollit in altum;  
dum cadit in terram, laudat alauda Deum.*

## 65.

1. Kadar smo zdravi, lahko dajemo bolnim dobre nasvete. 2. Ko pride (fut. II) Sin človekov v svojem veličastvu, takrat bo sedel na (super) prestol (sedes) svojega veličastva. 3. Prijateljsko ravnaš, ko me hvališ. 4. Komaj se je bilo zdanilo, kar je nastal v taboru vrišč. 5. Medtem ko so se v Rimu posvetovali, se je Sagunt z vso silo oblegal. 6. Poveljnik se je zelo hrabro branil, dokler je mogel. 7. Čakaj, dokler se ne vrnem! 8. Darej je pustil grške kneze za čuvaje mostu, dokler bi bil sam odsoten.

9. Ne bom se prej nehal bati zastran Kartagine, dokler ne bom zvedel, da je porušena. 10. Potem ko je prišel Kserks v Grčijo, je bil Aristid poklican nazaj v domovino. 11. Brž ko je Pompej videl, da je konjenica premagana, je zapustil bojno vrsto.

## Kavzalni stavki (Sl. § 49)

## 66.

## De Alcibiade

Alcibiades, quia et summis virtutibus et maximis vitiis excellebat, Athenienses magna spe et non parvo timore afficiebat, quod et obesse plurimum et prodesse poterat. Cum bellum contra Syracusanos pararetur, accidit, ut Athenis una nocte omnes Hermae praeter unum deicerentur. Suspicio eius sceleris in Alcibiadem cecidit, quoniam eadem nocte cum amicis potabat. Itaque cum iam in Siciliam pervenisset, accusatus est, quod sacra violasset. Et quia domum reverti noluit, absens condemnatus est. Alcibiades Lacedaemonem profectus contra adversarios suos bellum gessit, quod ii patriae hostes essent. Sed quia Lacedaemoniis non satis confidebat, in Asiam fugit. Cum ibi Athenienses contra Lacedaemonios adjuvaret, populi scito restitutus et exercitui praefectus est.

Alcibiadem Athenienses summo gaudio exceperunt. Siciliam amissam culpae suae tribuebant, quod talem virum expulissent. Postremo, quia iterum in invidiam civium inciderat, denuo in Asiam se contulit.

## 67.

1. Ne, ker je težko, si ne upamo, ampak, ker se ne upamo, je težko. 2. Ker Miltiad ni mogel plačati denarja, je bil vržen v državno ječo. 3. Sofokleja je zatožil sin (pas.), češ da zanemarja premoženje.



4. Avgusta je zelo bolelo, da je Kvintilij Var izgubil veliko vojsko.  
 5. Prav ravnaš, ker me podpiraš. 6. Dragi prijatelj, zelo me veseli, da te vidim zdravega. 7. Ker (cum) Cezar ni hotel odpustiti svoje vojske, se je vnela (orior) vojna med njim in Pompejem.

### Kondicionalni stavki (Sl. § 50)

68 a.

Diogenes cum interrogatus esset, quaenam bestia morsum haberet omnium nocentissimum, respondit: »Si de feris interrogas, est obtreceptor, si de mansuetis, est adulator. Nam obtreceptor prae se fert odium, adulator autem sub amici persona multo laedit gravius.«

*Si vis pacem, para bellum.*

68 b.

Cicero dicit: »Thucydidis orationes ego laudare soleo; imitari eas neque possim, si velim, nec velim fortasse, si possim.«

68 c.

Pullus gallinaceus dum quaerit escam, invenit margaritam in sterquilinio iacentem. »Optima,« inquit, »res, quae hic iacet. Si homo, lapidum pretiosorum cupidus, te invenisset, quanto gaudio te sustulisset! Mihi autem nihil prodes. Ego laetior essem, si pinguem vermem invenissem.«

69.

1. Ako se srečno življenje more izgubiti, ne more biti srečno.  
 2. Solonova postava je bila: Če kdo staršev ne vzdržuje, naj bo brez časti. 3. Ko je Pir drugič premagal Rimljane, je rekel: »Če bomo Rimljane še v eni bitki premagali, smo na tleh (pereo).« 4. Ako bi hotel vse povedati, bi mi časa zmanjkalo. 5. Kaj bi koristilo človeku, ako bi imel mnogo bogastva, pa bi bil brez kreposti in modrosti? 6. Samo Bog ve, kdaj bomo umrli; ko bi tudi ljudje vedeli, bi bili nesrečni. 7. Ahil bi bil dalje živel, ko bi ne bil maščeval Patroklove smrti.

## Koncesivni stavki (Sl. § 51)

70.

## Quam invictum animum senatus Romanus gesserit

Romani etiamsi sciebant rem sibi cum Carthaginiensibus fore, tamen valde mirati sunt, quod Hannibal Alpes transierat. Qui etsi in itinere magnam partem exercitus amiserat, tamen iam initio duobus proeliis superior evasit. Senatus non desperavit. Post cladem apud lacum Trasumenum anno a. Chr. n. ducentesimo septimo decimo acceptam praetor Romanus nuntiavit: »Magna pugna victi sumus.« Quamquam nihil certius auditum est, tamen ingens timor omnes occupavit. Senatus vero per aliquot dies a mane usque ad vespereum consultabat, quomodo Poenis resisti posset. Deinde ad octoginta milia militum conscripsit. Sed consules anni sequentis imprudenter cum Hannibale proelium apud Cannas commiserunt, in quo maxima pars exercitus Romani caesa, ceteri fere omnes capti sunt. Romae populus de re publica desperabat, sed senatus decrevit, ut novus exercitus conscriberetur. Et cum captos milites redimere posset, tamen censuit, ne redimerentur. Hannibal admirans constantiam senatus pacem cum Romanis facere voluit. Sed etsi Romani tot proeliis victi erant, senatus pacem repudiavit.

1. *Quae nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque!* 2. *Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.*

71.

1. Dasi se je Aristid odlikoval po nesebičnosti, je bil vendar kaznovan s pregnanstvom desetih let. 2. Kadar sovražne čete niso daleč, se opusti poljedelstvo in počiva trgovina, četudi se ne izvrši noben napad. 3. Četudi bi ti bila domovina nehvaležna, je v nesreči nikar (nolo) ne zapustil! 4. Kserks je rekel: »Naj se tudi vsi Grki in vsa evropska ljudstva združijo, ne bodo močnejši ko Peržani.« 5. Focion je bil vedno ubog, dasi bi bil mogel biti zelo bogat. 6. Tvoji dovtipi, naj so bili še tako smešni, mi niso zbudili (moveo) smeha.



## Particip (Sl. § 54)

## A. Participium coniunctum (Sl. § 55)

72 a.

## De graculo pennis pavonum ornato

Graculus superbia tumens pennas pavonum humi iacentes sustulit, se ipsum iis ornaturus. Sic ornatus suos contemnens se pavonum gregi immiscuit. Qui avem pennis pavonum fulgentem tamen mox cognoverunt, ei pennas evellerunt ipsumque expulerunt. Pudore affectus graculus maerens ad suos revertit. A quibus repulsus novam poenam subiit. Suos enim metuens vitam solitariam agere debuit. Tum quidam eum miserans: »Si nostris pennis,« inquit, »contentus fuisses, eam contumeliam non accepisses.«

72 b.

## Vestigia terrent

Vulpes leoni interroganti: »Quamobrem in speluncam meam non intras?« respondit: »Multorum intrantium vestigia videns, foras versa nulla.«

1. *Volenti non fit iniuria.* 2. *Mane rubens caelum venturos indicat imbres.* 3. *Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes.*

73.

1. Prestani napori so prijetni. 2. (Ko) je Cincinat oral, se mu je sporočilo, da je postal diktator. 3. Solon je govoril: »Staram se, (ko) se dan na dan mnogo učim.« 4. (Ko) se je Cezar polastil Aleksandrije, je dal kraljestvo Kleopatri. 5. Cezar je vojake sklical (in) jih opomnil, naj bodo pomljiivi prejšnje hrabrosti. 6. Horacij je z mečem prebodel sestro, (ker) je sovražnega ženina objokovala. 7. (Ker) se je Temistoklej bal množice peržanskih ladij, je iskal soteske, da ne bi bil obkoljen. 8. Pameti ne moremo prav rabiti, (če) smo obteženi z jedjo in pijačo. 9. (Ko) je modrijan Talet, ki je bil navajen opazovati zvezde, pozno v noč gledal nebo, je padel v vodnjak. Tedaj je rekla neka dovtipna dekla: »(Ko) gledaš nebo, ne vidiš, kar je pred nogami.«

## B. Absolutni ablativ (Sl. § 56)

74.

## De Epaminonda

Epaminondas in re militari ita florebat, ut Lacedaemoniorum dominationem concuteret. Lacedaemonii enim a sociis adiuti Thebanis bellum intulerunt. Proelio apud Leuctra commisso copiae Lacedaemoniorum fusae sunt. Lacedaemoniis ad id tempus numquam victis ea victoria eo illustrior erat. Deinde Epaminonda imperatore opes Thebanorum ita auctae sunt, ut Thebani magno exercitu comparato Spartam ipsam oppugnarent. Epaminondas extremo vitae tempore iterum imperator factus est. Acie apud Mantineam instructa audacter hostes invasit. Qui universi in unum impetum fecerunt nec prius abscesserunt, quam magna caede facta multisque occisis ipsum Epaminondam sparo percussum concidere viderunt. Epaminondas ferrum in pectore diu retinuit. Nuntio accepto Boeotos vicisse exclamavit: »Satis vixi, invictus enim morior.« Tum ferro extracto confestim exanimatus est.

*Duobus litigantibus tertius gaudet.*

75.

1. Cezar je uredil bojno vrsto (in) napadel sovražnika. 2. Za vlade Tarkvinija Ošabnega je prišel Pitagora v Italijo. 3. (Ko) je bil Tarkvinij Ošabni izgnan, so rimsko državo upravljali konzuli in senat. 4. Cesar Avgust se je rodil, (ko) sta bila konzula Ciceron in Antonij (l. 63. pr. Kr. r.). 5. Tudi ob jasnem dnevu včasih zagrmí. 6. Pravijo, da je konzul Flaminij padel pri Trazumenskem jezeru, (ker) je zamenjaril svete obrede (religio). 7. Kserks je s požarom uničil Atene, (ker jih) ni nihče branil. 8. (Če) Bog pomaga, morejo tudi neznatni ljudje velike reči izvršiti. 9. Cezar mesta Novioduna zaradi širokosti jarka in visokosti zidu ni mogel takoj zavzeti, (dasi) jih je malo branilo. 10. (Tudi če) vsi dobri obupavajo, jaz ne bom izgubil poguma.

Gerundij, gerundiv, supin (Sl. §§ 57 in 58)

76.

## De Platone

Plato Socrate mortuo discendi causa complures peregrinationes suscepit. Et primo quidem in Aegyptum se contulit, ut viros ad docendam sapientiam idoneos audiret. Ibi se per aliquod tempus totum



discendae sapientiae Aegyptiorum dedit. Inde in Magnam Graeciam abiit, Pythagoreorum doctrinam auditum. Athenas reversus multum de condenda schola sapientiae deliberavit. Sed priusquam talem scholam instituit, a Dionysio tyranno invitatus est, ut civitatem Syracusanorum secundum praecepta sua constitueret. Sed brevi eum tyrannus ita odisse coepit, ut eum inimicis eius occidendum traderet. Plato mortem quidem effugit, sed in servitutem venit. Ab amicis redemptus Athenas revertit et scholam condidit. Athenis totum tempus in erudiendis discipulis et scribendis libris consumpsit. Et incredibile dictu est, quot libros conscripserit. Octogesimum annum agens scribens mortuus est.

*Cuncta prius temptanda, sed immedicabile vulnus  
ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.*

## 77.

1. Modrost je umetnost pravega življenja. 2. Cezar je izbral za bojevanje pripraven kraj. 3. Tudi kratko življenje je zadosti dolgo za dobro in srečno življenje (gl.). 4. Cezar si je z dajanjem, podpiranjem in odpuščanjem pridobil slavo. — 5. Cezar je moral vse v enem času vršiti: natakni zastavo, dati s trombo znamenje, poklicati vojake od utrjevanja, urediti bojno vrsto, spodbuditi vojake, dati znamenje za boj (gen.). 6. Enej je v Italiji iskal prostor, (da) bi ustanovil mesto. 7. L. 450. je bilo v Rimu izvoljenih deset mož za spisovanje zakonov. 8. Cezar je dal (curo) čez reko Ren napraviti most. 9. Varovanci so hodili v Rimu navsezgodaj pozdravljat svoje zavetnike. 10. Ko je Cezar končal vojsko s Helvečani, so poslanci skoraj vse Galije prišli k njemu čestitat. 11. Kar se ti bo zdelo najboljše storiti, stori.

### Temeljne oblike glagolov

Glagoli z osnovo na -a (Sl. § 60)

## 78.\*

Vercingetorix Arvernos adhortatur, ut libertatem patriae defendant

Romani multas gentes domuerant. Cum a Caesare iam magna Galliae pars domita esset, Romani etiam Arvernos adorti sunt. Qui ingenti fortitudine contra Romanos dimicaverunt. Cum vero non omnes Arverni pro libertate patriae pugnare parati essent, Vercin-

getorix cunctantes his verbis increpuit: »Romani nos undique fere circumdederunt. Eorum voces in nostra terra sonuerunt. Nimum diu copiae Romanorum in nostra patria steterunt. Nisi vos in vicis vestris cubissetis, illi in terram nostram non intravissent. Helvetii vobis fortitudine multum praestiterunt. Qui quondam iis, qui pro patria non fortiter pugnaverunt, aures desecuerunt. Et Arverni non libenter pro patria pugnant? Leges nostrae vetant in castris hostium versari. Quod autem legibus vetitum est, id ne faciatis!«

*Nitimur in vetitum semper cupimusque negata.*

79.\*

### Kraljestvo Asireev in Babiloncev

Asirski kralj Nin je obdal mesto Ninive z zelo visokim zidom, v katerem je stalo 1500 stolpov. Isti kralj je ukrotil tudi Babilonce. Babilonski kralj Nabukadnezar bi bil ukrotil tudi narode onstran Evfrata, ko bi ga bili podpirali vsi državljani. V miru se ni izkazal manjšega kakor v vojni. Babilon sam je prekašal (praesto) po veličnosti in veličastnosti (abl.) vsa druga mesta.

### Glagoli z osnovo na -e (Sl. § 62)

**Perfekt: reduplikacija ali podaljšani debelni vokal**

80.\*

### De gladio Damoclis

Dionysius, tyrannus Syracusanorum, pericula sibi impendentia videns, filias suas tondere docuisse et ab iis tonsus esse dicitur. Is aliquando Damoclem, cui valde favit, exemplo docuit, quam felix esset. Hic enim opes eius et magnificentiam aedium celebravit et exclamavit: »Nemo umquam felicior hominem vidit neque videbit.« Quae verba Dionysium moverunt, ut diceret: »Quoniam vita mea tibi ita placet, visne fortasse fortunam meam experiri?« Cum ille respondisset se id ardentius cupere, tyranno placuit Damoclem in aureo lecto collocare. Delectos pueros iussit ei ministrare. Mensas exquisitissimis cibis compleri iussit. Nihil prorsus deerat, quod vota Damoclis explere posset. Fortunatus igitur sibi Damocles visus est.



Sed tyrannus in hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari saeta equina demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Quae res Damoclem ita perterrituit, ut nec pulchros ministros aspiceret nec manum in mensam porrigeret.

## 81.\*

1. Alcibiad je baje v borbi ugriznil nasprotnika v roko (roko nasprotnikovo). Ko je ta rekel: »Grizeš ko ženske,« je oni odgovoril: »Nikakor ne, ampak kakor levi.« 2. Niso vsi, ki so bili zvestobo obljubili (spondeo), ostali zvesti. 3. Mecenat je bil pesnikom in umetnikom zelo naklonjen in je njih dela rad pospeševal. 4. Sporoča se, da so se nekateri rimski poveljniki zaobljubili za domovino podzemeljskim bogovom. 5. To, kar imaš sedaj ti v posesti, so pred teboj imeli v posesti tvoji starši.

## Perfekt: si

## 82.\*

## De Phocione

Phocion Atheniensis etsi saepe exercitibus praefuit summosque magistratus obtinuit, tamen nomen suum magis integritate vitae quam labore rei militaris auxit. Is numquam coram aliis aut risisse aut flevisse dicitur. Eius consilium apud Athenienses multum valuit. Itaque cum Alexander, rex Macedonum, ab Atheniensibus naves postularet, ille a populo iussus est de ea re sententiam suam dicere. Tum Phocion: »Ego,« inquit, »vobis et antea suasi et nunc suadeo, ut aut ipsi potentiam obtineatis aut in amicitia potentium maneatis.«

Extremis vero temporibus proditionis accusatus est et condemnatus. Cum ad mortem duceretur, amicus quidam sortem eius luxit, dicens: »O quam indigna perpeteris, Phocion!« »At non inopinata,« inquit ille, »hunc exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses.«

## 83.\*

1. Moč spomina bi si bil (ti) povečal, ako bi ga bil pridno uril. 2. Nekateri modrijani se niso nikdar smejali. 3. Temistoklej je Atence pregovoril, da so zgradili brodovje sto ladij. 4. Dasi je Epaminondu obtičalo kopje v prsih, je ostal na bojišču, dokler niso Tebanci zmagali. 5. Veter je obrisal oblake z neba; jasno sonce je posijalo in zableščalo. 6. Mnogi starši so otrokom preveč ustrezali; zato so njih napake povečali.

## Deponentniki (Sl. § 63)

84.\*

## Quomodo Gabii capti sint

Tarquinius Superbus Gabios frustra vi oppugnatos dolo capere constituit. Nam Gabini urbem suam ab insidiis regis Romani tueri sciebant. Itaque Tarquinius Sextum filium transfugium simulare iussit et in illa urbe patrem crudelitatis arguere. Tum Sextus nuntium ad regem misit de principibus Gabinorum. Sed Tarquinius nuntio nihil respondit; nam veritus est ei confiteri, quid principibus Gabinorum facturus esset. Tamen virga eminentia papaverum capita, cum forte in horto ambularet, decussit. Nuntius sine responso reversus renuntiavit adulescenti, quid patrem agentem vidisset. Ille autem se patrem intellegere ratus idem eminentibus Gabinis fecit. Nam variis modis eos interemit. Quo facto urbs facile capta est.

85.\*

1. Mnogi se boje to priznati, kar se niso bali storiti. 2. Zaman sem upal, da boš izpolnil, kar si bil obljubil. 3. Veseli me, da si priznal krivdo. 4. Gospodar se je hlapca usmilil in mu ves dolg odpustil. 5. Kdo je bolj zaslužil tvojo hvaležnost kakor tvoji starši?

## Glagoli z osnovo na -i (Sl. § 64)

86.\*

## Ulixes et Polyphemus

Ulixes regi Alcinoos narravit:

1. In nostra navigatione etiam ad humilem insulam venimus, altis arboribus consitam. Iam procul multas oves et capras conspeximus. Postea comperimus insulam esse terram Cyclopum. Nave appulsa abii cum duodecim sociis exploratum, quinam terram illam incolerent. Haud procul a mari altam speluncam vidimus lauro vestitam. Dominum ibi non repperimus; pascebat enim gregem. In spelunca erant multa vasa referta caseo et lacte. Laeti e vasis lac hausimus. Socii mei suadebant, ut sumptis aliquot caseis abiremus, sed ego dominum ipsum cognoscere volui. Sub vesperum tandem venit Polyphemus, horribile monstrum, unum tantum oculum in media fronte habens. Coacto in antrum grege ingens saxum ad ostium



advolvit. Ubi primum nos conspexit, statim interrogavit, qui essemus et unde venissemus. Respondi nos esse Graecos, qui Troia deleta in patriam tenderemus. Vereatur Iovem, qui custos est hospitum. At ille arridens dixit: »Video te a longinquis locis venisse, quia nondum audivisti a nobis deos non coli.« Deinde duos socios corripuit, occidit, devoravit.

2. Postridie finito labore et duobus sociis meis devoratis ostium aperuit et gregem pastum egit. Nos sensimus mortem nobis omnibus imminere. Quare decrevimus eum oculo privare. Cum vespere domum rediisset, ei poculum vini obtuli. Qui libenter vinum ebibit et tam diu bibit, ut ebrius factus sit. Iam ebrius me interrogavit: »Quod nomen tibi est?« Respondi: »Nemo est mihi nomen.« Deinde vino somnoque sepultus recubuit. Nos praeacutam et praeustam sudem in oculum eius infiximus. Cyclops vehementer rugiit. Clamore eius audito ceteri Cyclopes ad speluncam venerunt et interrogaverunt: »Quis te aut dolo aut vi occidit?« »Nemo me afflixit dolo non vi.« »Si nemo tibi vim infert, nos tibi auxilium ferre nequimus.«

His dictis abierunt. Ego autem ternas oves vinxī et singulos socios iis subligavi. Sic effugimus.

## 87.\*

1. Ko sem zvedel, da bo prijatelj k meni prišel, sem se zelo razveselil. 2. Učeni možje so v naših krajih našli veliko rimskih grobov. 3. Premaganim sovražnikom so Rimljani roke zvezali na (post) hrbtu. 4. Miltiad je umrl (obeo) v državni ječi. 5. Ko je Aleksander odprl Cirov grob, ni našel v njem nič razen ščita, dveh lokov in meča. 6. Platon pripoveduje, da je Sokrat z veselim obrazom izpil strup. 7. V največjih in najvažnejših rečeh so se modrijani redko ujemali.

## Deponentniki (Sl. § 65)

## 88.\*

Quomodo bellum Gotorum et Romanorum ortum sit<sup>1</sup>

Imperator Theodosius anno p. Chr. n. trecentesimo nonagesimo quinto imperium inter Arcadium et Honorium filios partitus est. Ante mortem eos monuit, ut Gotis dona, quae hi merito sortiti sunt, darent. Sed patre mortuo filii constituta dona Gotis subtrahere exorsi

<sup>1</sup> Teodozij je Gotom obljubil bivališča v Italiji, ako puste Grčijo v miru.

sunt. Tum Goti regem creaverunt Alaricum. Is totam Graeciam permensus est et bis in Italiam intravit. Cum iterum in Italia esset, ad Honorium legatos misit. Experiri enim voluit, utrum imperator permetteret, ut Goti pacati in Italia residerent necne. Et oppertus est Alaricus, ut Honorius sententiae suae assentiretur. Sed imperator assensus non est. Ita exorsum est bellum Gotorum et Romanorum, quod Alaricus Honorio minatus erat. Neque in ea re mentitus erat: vi potitus est magna parte Latii et ipsa Roma, quam ter adortus est. Etiam populos Siciliae et Africae adoriri moliebatur, sed immatura morte impeditus est. Sepultus est in Buxento flumine.

## 89.\*

1. Kar je zemlja podarila (largior), to pozneje zahteva nazaj. 2. Konzula sta si provinciji ali izžrebala ali po dogovoru (consensus) razdelila. 3. Cezarjevi vojaki so v malo urah veliko pot prehodili (premerili). 4. Pesniki pripovedujejo, koliko naporov je Herkul nase vzela (moliar) in kolikšne nevarnosti je preстал (experior). 5. Livij je začel svojo zgodovino s (a) prihodom Trojancev v Italijo. 6. (Ko) je sonce vzšlo, je nastal jasen dan.

## 90.\*

## De Chilbudio

De Chilbudio, qui etiam e litteris Slovenis notus est, Procopius, historicus Graecus, haec narrat:

Chilbudius imperatore Iustiniano unus ex ducibus erat, quibus custodia fluminis Histri commissa erat. Vir erat fortissimus miles et divitias sic despiciebat, ut nullas haberet, quamvis maximas habere posset. Eum imperator anno p. Chr. n. quingentesimo tricesimo in Thraciam misit eumque barbaros prohibere iussit, ne flumen transirent. Postquam enim Iustinianus imperator factus est, Hunni, Slaveni, Antes saepe Histrum transierunt et in imperio Romano atrocissima facinora commiserunt. Sed Chilbudium barbari sic timebant, ut tribus annis, cum ille ibi esset, Histrum transire non auderent, immo Romani Chilbudio duce saepe Histrum transgressi barbaros partim interfecerunt partim in servitatem abduxerunt. Cum Chilbudius post tres annos iterum flumen transiisset, Slaveni eum in angusto loco exceperunt. Res ad acre certamen venit, in quo Chilbudius et plerique milites Romani ceciderunt.



## Osnove na konzonant in -u (Sl. § 67)

## Perfekt: reduplikacija

## 91.\*

## De Chilbudii clade

Chilbudius contendit ad castra Slavenorum, quae in reducta valle abdita erant. Praecedebant copiae loriceis, scutis, hastis, gladiis armatae. Sequebatur Chilbudius utrimque equitibus circumdatus. Agmen claudebant funditores et sagittarii. Slaveni in utroque latere vallis, ubi angustiae artissimae erant, inter arbores et virgulta absconditi conserant. Chilbudius a Slaveno quodam deceptus securus, segniter, detecto capite procedebat. Cum primum agmen angustias transiret, Slaveni arcus tetenderunt et vix retenti sunt, quin proelium inciperent. Sed dux eorum Chilbudium exspectavit. Ubi primum Chilbudius sese ostendit, sagitta ictus de equo cecidit. Deinde signo dato multitudo sagittarum exercitum Romanorum obruit. Qui testudine facta in Slavenos impetum fecerunt. Item funditores et sagittarii eorum hostes eminus vulnerabant. Et Slaveni iam in eo erant, ut fugerent, cum repente in altero latere cornua cecinerunt. Romani statim constituerunt. Nam ex altero vallis latere iam hostes incurrerunt, sagittarios et funditores ceciderunt eosque brevi pepulerunt. Denique etiam e castris eruperunt et in turbatos ordines impetum fecerunt. Utrique neque sibi neque hosti pepercerunt. Magna caedes facta est, utrimque multi ceciderunt. Tandem Slaveni sibi nobilem victoriam pepererunt.

## 92.\*

1. Ko smo prišli v gozd, smo jedli kruh, pili vodo in zapeli pesem.
2. Potem smo na travniku obstopili tovariša in zahtevali, naj pove, kam je skrnil žogo.
3. Ko je zapazil, da smo nejevoljni, nam jo je izročil.
4. Ko je Juda Makabej pobil desno krilo sovražnikov, mu je levo krilo sovražnikov upadlo (incurro) v hrbet. Tedaj je padel sam in popadali so vsi njegovi tovariši.
5. Sovražniki niso nikomur prizanesli.
6. Ko so prinesli sporočilo, da prihaja Alcibiad, so vsi Atenci tekli k obrežju, da bi videli moža.
7. Atenci in Spartanci so pobili poslanca, ki so zahtevali vode in prsti (ak.).
8. Atenci so Temistokleja pregnali (pello), dasi je bil pri Salamini pripravil slavno zmago.
9. Ne dotikaj se visečih električnih žic!

## Perfekt: podaljšani debelni vokal

93.\*

## Secundani cum magistro in silva fungos legunt

Antonius Francisco salutem (dicit).

Certe audire cupis, quid heri egerim. Accipe paucis verbis.

Mane hora octava secundani ante gymnasium nos collegimus et magistrum expectavimus. Domo solum panem sumpsimus. Caseum et poma in itinere emimus. Cantantes et inter nos colloquentes brevi iter peregrimus. In silva a magistro cognovimus, quam libenter Graeci et Romani fungos edissent. Statim in omnes silvae partes discessimus et maximo studio summaque diligentia fungos legimus. Multo iam tempore elapso ad constitutum locum revertimus. Omnes fungos lectos super humum effudimus et omnes circum consedimus. Primum id, quod nobiscum attuleramus, comedimus et frigidam aquam e claro fonte bibimus. Deinde magister singulos fungos suis nominibus nominavit et nos docuit, qui fungi edi possent et qui noxii essent. Tum bonos collegimus, inutiles abiecimus. Reliquum tempus variis ludis peregrimus. Denique sub vesperum silvam reliquimus et laeti domum revertimus. Fungos diligere coepimus, quia intelleximus, quam utiles multi essent.

1. *Cornix cornici numquam confodit ocellum.* 2. *Bis vincit, qui se vincit in victoria.*

94.\*

1. Brali smo, kolike čete je Kserks tiral (ago) zoper majhno peščico Grkov. 2. (Ko) so Galci premagali Rimljane, so zavzeli tudi Rim; gradu pa niso mogli zavzeti, (ker) so ga meščani hrabro branili. 3. Zapustiti (pf.) v boju ščit, je bila pri starih narodih največja sramota. 4. Neverjetno je slišati, s kako majhnimi četami so Rimljani često razkropili največje vojske sovražnikov. 5. Znano je, da si je Aleksander Vel. podvrigel skoraj vso Azijo. 6. Cezar je vojno s Farnakom tako hitro dovršil, da je senatu pisal: »Prišel, videl, zmagal sem.« 7. Kdor drugemu jamo koplje, pade sam vanjo. 8. Podjarmljeni narodi so često zlomili spono sužnosti.



Perfekt: neizpremenjeno glagolsko deblo

95.\*

De Gyge eiusque anulo

Gyges Lydus quondam regis gregem pascebat, cum repente terra magno motu scissa est. Gyges in illum hiatum descendit aeneumque equum animadvertit, in cuius latere fores erant. Quibus apertis in equum ascendit ibique ingens corpus hominis mortui vidit. In digito eius anulum aureum deprehendit. Quem cito avellit et ad pastores contendit. Ibi cum forte lapidem anuli ad palmam convertisset, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat; idem continuo conspiciebatur, cum anulum in priorem locum invertisset. Ita sibi viam ad regiam pandit.

96.\*

Kserks napade Grčijo

1. Kserks si je z zmago pri Termopilah odprl pot v Grčijo. 2. Kmalu je razširil svojo oblast čez vso srednjo Grčijo. 3. Nato je hitel v Atiko. 4. Atenci so prestrašeni zapustili mesto in se odpravili na ladje. 5. Ker Aten nihče ni branil, je Kserks mesto hitro zavzel in zažgal. 6. Starčke in svečenike, ki jih je prijel na gradu, je pobil. 7. Potem je z brodovjem pristal pri Salamini. 8. Ko je bil tam v pomorski bitki premagan, se je obrnil proti domu. 9. Po Temistoklejevi zvižaji se je hitro vrnil domov.

Perfekt: vi, ui

97.\*

Vindemia

Venit tempus vindemiae, vinitori gratissimum. Hoc anno etiam ego vindemiae interfui. Iam prima luce vineam petivimus. Praecessit vinitor, laetus, quia vites uberrimos fructus tulerant. Secuti sunt alacres iuvenes et laetae puellae iucunda carmina canentes. Vinitor, qui vineam tanta cura coluerat, grato animo in caelum suspexit et dixit: »Hunc laetum diem me tu, bone Deus, videre sivisti; gratias tibi ago, quod vites vere a frigore defendisti, aestate eas imbre aluisti et sole maturescere fecisti!« Cum in vineam venissemus, statim opus

incepimus. Puellae uvas falce desecabant et in vasa munda deponebant. Iuvenes uvas maioribus vasis in cellam vinariam ferebant. In qua vinitor sedulo uvas prelo premebat et mustum in dolium condebat. Frater minimus hodie impune ludebat et sororis opus impediebat. Sub vesperum etiam mater familias venit, quae in colle ignem accendit et in olla carnem coxit. Opere peracto apud ignem vestes humi stravimus et ad cenam accubuimus. Deinde in multam noctem cantavimus.

98.\*

1. Atenci so pred bitko pri Maratonu prosili Lacedemonce pomoči. 2. Ker sin ni nehal bolehati, je oče poklical zdravnika. 3. Mnogi so že iskali izvire Nila, pa jih niso našli. 4. Naj si me še tako (quamvis) z besedami dražil, moja duša ni sejala razdora. 5. Nehaj! Mnogo časa sva že potratila z brezkoristnimi besedami. 6. Senat je sklenil (decerno), da se zmagovalcu dovoli zmagoslavje. 7. Zahrumeli so viharji in drevesa so se stresla. 8. Grki so često vprašali delfsko preročišče za svet, ali naj začno boj ali ne.

#### Osnove na -u

99.\*

#### De Quinto Maximo Cunctatore

Audivimus opes Romanas post cladem apud lacum Trasumenum acceptam valde deminutas esse et paene corruisse. In illo tanto periculo cives Romani in locum duorum consulum dictatorem substituere constituerunt. Metuebant enim, ne Hannibal Romam ipsam peteret et dirueret. Is honor, qui in re publica summus erat, Quinto Fabio Maximo tributus est. Hic dictator novam de Hannibale victoriam excogitavit: certamen abnuere. Nam longis et difficillimis itineribus Hannibalem sic fatigavit, ut mora vis eius comminuta sit.

Milites quidem imperatorem saepe timoris arguebant, adversarii etiam criminibus obruerunt. Sed populus Romanus eum 'imperii scutum' vocavit.

100.\*

1. Slekli smo stara oblačila in oblekli nova. 2. Z učenjem latinščine sem si izbistril razum. 3. Znano je, da je Pitagora svoje učence navajal (instituo) k molčanju (gl.). 4. Sokrata so Atenci obdolžili, da kvari mladino. 5. Ko so prijatelji Sokratu svetovali, naj ubeži iz ječe,



je (to) odklonil. 6. Rimljani so l. 146. pr. Kr. dve veliki mesti, Kartagino in Korint, zavzeli (in) razrušili. 7. (Ko) so Grki pri Platejah premagali Peržane, so postavili v Delfih Apolonu zlat trinožnik.

### Perfekt: si

101.\*

#### De Cincinnato

Cum populus Romanus bellum cum Sabinis male gereret et ab iis premeretur, legati missi sunt, ut Cincinnatum, virum fortem et prudentem, in urbem ducerent. Cincinnatus tum parvum agrum non procul ab urbe colebat. Ibi a legatis, cum tunica tectus araret, rogatus est, ut togam sumeret audiretque mandata senatus. Cum togam sumpsisset et procederet, dixerunt eum dictatorem dictum esse. Tum nave publica in urbem vectus est, ubi lictores antecedentes novum dictatorem domum deduxerunt. Statim edixit, ut tabernae clauderentur neve cives rem privatam agerent. Tum edixit, ut omnes armati cum cibus in campum Martium convenirent. Deinde cunctos subito contra hostes duxit. Sabinos vicit et sub iugum misit. Quo facto Cincinnatus milites dimisit et in agrum recessit.

102.\*

#### De Patrocli exsequiis

Achilles Patroclum amicum, quem Hector in pugna occiderat, diu planxit. Deinde ira incensus Hectorem in acri proelio hasta transfixit. Cuius corpus exanimatum loris ad currum suum alligatum in castra Graecorum traxit, in quibus totum pulvere tectum iacebat. Venus autem corpus Hectoris unxit, ne quid detrimenti caperet. In castris Achilles currum cum corpore Hectoris ter circa Patroclum duxit. Graeci proxima nocte multas arbores ceciderunt et diffiderunt. Primo mane ingentem rogam exstruxerunt. Deinde milites armis sumptis rogam cinxerunt. Amici corpus Patrocli sustulerunt et ad rogam portaverunt; Achilles ipse caput amici tenebat. Cum ad rogam venissent, Achilles crines suos abscidit, dicens: »Tibi, Patrocle, consecro hos capillos; nam donec vixero, tantus dolor cor meum non transfiget.« Tum Patroclum cum hostiis in rogam imposuerunt. Per totam noctem rogas arsit. Cum vero Aurora surrexisset, ignem vino exstinxerunt, ossa Patrocli collegerunt eaque in aurea urna condiderunt.

## 103.\*

1. (Ko) je Cezar popeljal vojake iz tabora, je uredil trojno bojno vrsto (in) začel bitko. 2. Znano je, da so Atenci po Temistoklejevem nasvetu ogradili (cingo) mesto z novim zidom. 3. Za vlade Aleksandra Vel. je Apel naslikal mnogo prekrasnih slik. 4. Pesniki pripovedujejo ne le resnične (gero), ampak tudi izmišljene reči. 5. Rokoborci so si z oljem mazilili telesa, da bi jih nasprotnik tem teže prijel (comprehendo).

## Glagoli na -sco

## 104.\*

## Nosce te ipsum!

Nosce te vel animum tuum! Hoc praeceptum, iam in templo Apollinis scriptum, gravissimum est. Crevit enim et cottidie crescit hominum invidia et odium. Quare unusquisque cognoscere debet, qualis sit. Idem non solum aliorum vitia videbit, sed etiam sua cognoscet, neque in suo iudicio acquiescet, sed ex aliis, qualis videatur, quaeret. Se ipsum qui novit, et suus et aliorum iudex iustissimus est et potius iniuriae alterius quam suae ignoscit.

*Obstupui steteruntque comae, vox faucibus haesit.*

## 105.\*

1. (Po) slogi (abl.) majhne reči rastejo, po neslogi največje razpadejo. 2. Resnične prijatelje boš spoznal v nesreči. 3. Dober človek drugemu lahko odpusti. 4. Človeku je urojena želja (po) spoznanju. 5. Slabo zelišče hitro raste. 6. Dokler živite, se učite.

## Deponentniki (Sl. § 68)

## 106.\*

## Quomodo Ulixes domum reverterit

Ulixes cum Troia capta domum profectus eisset, multos annos per omnia fere maria vectus est. In quibus permulta mala perpeusus est. Nam in varia vitae pericula lapsus est. Itaque saepe de sorte sua conquerebatur. Multis laboribus perfunctus est semper dolis nisus, priusquam decimo anno Ithacam revertit. Omnibus navibus sociisque



amissis tandem solus domum reversus in extremum periculum venit. Nam in suis aedibus a nullo cognitus superbos procos Penelopae uxoris invenit. Sed ne tum quidem saluti suae diffisus est. Cum occasionem nactus esset, auxilio Minervae confisus procos aggressus pro sceleribus ultus est. Tum denique coniugem fidelissimam amplexus est.

## 107.\*

1. Imenitni Rimljani so pri vzgoji (gl.) sinov rabili grške sužnje. 2. Redko so Rimljani pred 43. letom svoje dobe opravljali konzulat. 3. Zemlja nas, (ko) se rodimo, sprejme, rojene hrani, mrtve shrani (condo). 4. Kristjani so za svojo vero pretrpeli najhujše muke. 5. Ko sta se Cezar in Ariovist sešla (congregior) k pogovoru, so germanski konjeniki napadli (aggredior) rimske vojake, ti pa so jih zapodili v beg in jih preganjali (persequor) do Rena. 6. Atenci so kmalu pozabili, da jih je Temistoklej obvaroval peržanske sužnosti.

## Hrestomatija\*\*

## Iz Korn. Nepota

Nepot je živel v 1. stol. pr. Kr. Njegovo najvažnejše delo je: De viris illustribus.

## De Themistocle

## \*\*1. De classis aedificatione

Cum esset bellum Atheniensibus cum Aeginetis, Themistocles praetor a populo factus non solum praesenti bello, sed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit civitatem. Nam cum pecunia, quae ex metallis redibat, largitione magistratum quotannis interiret, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium aedificaretur. Qua celeriter effecta primum Aeginetas fregit, deinde maritimos praedones consecrando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses.

aedificatio, onis, f zidanje, gradnja — praetor, oris načelnik, poveljnik — ferox, cis divji, bojevit — reddo 3, didi, ditum (pri adjektivih) naredim — metallum, i kovina; pl. rudnik; pecunia publica ex metallis redibat državni dohodki so se stekali iz rudnikov — largitio, onis, f darežljivost, podkupovanje — pecunia interit denar se potroši — efficio 3 izdelam, zgradim — maritimus, a, um morski — praedo, onis ropar — consector 1 zasledujem, preganjam — cum — tum kakor — tako; -in — divitiis orno obogatim koga — navalis, e pomorski.

## \*\*2. De Xerxis in Graeciam adventu

Xerxes et mari et terra bellum universae intulit Europae cum tantis copiis, quantas neque ante nec postea habuit quisquam. Huius enim classis mille et ducentarum navium longarum fuit, quam duo milia onerariarum sequebantur, terrestres autem exercitus septingenta peditum, equitum quadringenta milia fuerunt.

Cuius de adventu cum fama in Graeciam esset perlata, Athenienses miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent. Cum intellexeret nemo, quo id responsum valeret, Themistocles populo persuasit consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent; naves enim a deo significari murum ligneum dixit.

Tali consilio probato addunt ad superiores totidem triremes suaque omnia, quae moveri poterant, partim Salamina, partim Troezena deportant. Arcem sacerdotibus paucisque maioribus natu ad sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

terrestres exercitus vojska na kopnem — fama perfertur glas dospe, se raznese — de rebus suis v svojih razmerah — delibero 1 premišljujem, vprašujem za svet — quo valet kam meri — significo 1 zaznamenjujem, označujem — triremis, is, f troveslača — Salamis, inis, f Salamina, otok južno od Atike — Troezen, enis, f Trecen, mesto v Argolidi — deporto 1 odnesem, odpravim — sacerdos, otis, m svečenik — maior natu starejši — sacra procuro 1 opravljam daritve.

## \*\*3. De pugnis apud Thermopylas et Artemisium factis

Themistoclis consilium plerisque civitatibus displicebat et in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida, Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent longiusque barbaros progredi non paterentur. Ii vim hostium non sustinuerunt eoque loco omnes interierunt.

At classis communis Graeciae trecentarum navium, in qua ducentae erant Atheniensium, primum apud Artemisium inter Euboeam continentemque terram cum classiariis regiis confligit. Angustias enim Themistocles quaerebat, ne multitudine circumiretur.

Hinc etsi pari proelio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere. Timebant enim, ne, si pars navium adversariorum Euboeam superasset, ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut ab Artemisio discederent et exadversum Athenas apud Salamina classem constituerent.

pugna facta: part. se ne prevede — displiceo 2, ne ugajam, nisem všeč — progredior 3, gressus sum prodiram — Artemisium, ii Artemizij, severni rtič na



Evbeji — continens terra celina, kopno — classarii, orum pomorščaki — conflagro 3, flixī, flictum udarim se, spopadem se — circumeo 4, ii, itum obkolim, zajamem — hinc od tod — pari proelio po neodločenem boju — supero 1 objadram — ancipiti periculo premor od dveh strani me stiska nevarnost — exadversum (z ak.) nasproti.

#### \*\*4. De pugna Salaminia

At Xerxes Thermopylis expugnatis protinus Athenas accessit easque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit. Urbis flamma perterriti classarii manere non audebant et plurimi hortabantur, ut domos suas discederent moenibusque se defenderent. Themistocles unus restitit.

Noctu de servis suis, quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret: adversarios eius in fuga esse; si discessissent, maiore cum labore et longinquiore tempore eum bellum confecturum esse; si statim eos aggredere, brevi universos eum oppressurum esse. Hoc eo valebat, ut invitī ad depugnandum omnes cogerentur.

Hac re audita barbarus nihil doli subesse credens postridie alienissimo sibi loco, adeo angusto mari conflixit, ut eius multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis consilio Themistoclis quam armis Graeciae.

protinus takoj — incendium, ii požar, ogenj — moenibus za obzidjem — noctu ponoči — conficio 3 dovršim — eo valet tja meri — depugno 1 bijem odločilen boj — nihil doli subest za tem ne tiči nobena zvijača — explico 1 razvijem, razpostavim.

#### \*\*5. De Xerxis in Asiam reditu

Xerxes etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam tum iis opprimere posset hostes. Iterum ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiozem eum fecit id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur ac ipse reditu in Asiam excluderetur, idque ei persuasit. Itaque qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam revertit seque a Themistocle non superatum, sed conservatum iudicavit. Sic unius viri prudentia Graecia liberata est Europaeque succubuit Asia.

reditus, us, m vrnitev — reliquiae, arum ostanek — aliquem gradu depello izpodrinem koga z ugodnega položaja — bellare persevero nadaljnjem vojskovanje — id ago, ut delam na to, da — dissolvo 3 razvežem, poderem — excludo 3 izključim, preprečim — qua ... eadem sc. via — minus (quam) diebus triginta — succumbo 3, cubui, cubitum podležem, premagan sem.

## Iz Cezarja

### \*\*1. De druidibus

In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo: alterum druidum, alterum equitum.

Druides rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur; ad eos magnus adulescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque hi sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, et, si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, praemia poenasque constituunt; si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur, his omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque iis petentibus ius redditur neque honos ullus communicatur.

His autem omnibus druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo aut, si qui ex reliquis excellit dignitate, succedit, aut, si sunt plures pares, suffragio druidum, nonnumquam etiam armis de principatu contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato. Huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt eorumque decretis iudiciisque parent.

Disciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata esse existimatur, et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo discendi causa proficiscuntur.

Druides a bello abesse consuerunt neque tributa una cum reliquis pendunt. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicenos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus publicis privatisque litteris Graecis utantur.

Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgus disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere.



Imprimis hoc volunt persuadere non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

aliquo sum numero et honore nekaj štejem in pomenim — druides, um druidi, svečeniki starih Keltov in Galcev — rebus divinis intersum opravljam bogoslužje — religiones interpreter razlagam verska vprašanja — disciplinae causa = diecendi causa — concurro 3 stekam se, prihajam — apud eos (Gallos) — controversia, ae prepir, dvom — constituo 3 odločam — facinus admitto zagrešim zločin — hereditas, tatis, f dediščina — decreto (abl.) sto pokorim se odloku — sacrificiis (abl.) (tibi) interdico izključim (te) od daritev — sceleratus, a, um zločinski, hudoben — decedo (tibi sc. de via) izognem se (ti) — aditum et sermonem tuum defugio bežim, da se ne erečam in govorim s teboj — contagio, onis, f dotik, stik — incommodum accipio doleti me nezgoda — ius redditur dovoli se pravica do razsodišča — communico 1 združim, dajem, izkazujem — excello 3 odlikujem se — succedo 3 naslednik sem — pares sc. dignitate — suffragium, ii glas, glasovanje — contendo de principatu borim se za prvenstvo — considunt usedejo se (sc. k sodbi), sodijo — consecratus, a, um posvečen — huc semkaj — disciplina sc. druidum nauk — illo tja — consuerunt (= consueverunt) a bello abesse navadno se ne udeležujejo vojn — tributa pendo plačujem davke — excito 1 podžgem — versus, us, m verz, stih — edisco 3 naučim se na pamet — litteris mando 1 napišem — cum adversativum medtem ko, dočim — fere redno — effero 3 ven nešem, razširim — confisus (abl.) zanašajoč se na kaj — tradunt = docent.

## \*\*2. De moribus Gallorum

Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolatuos vovent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur, quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur.

Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent, quibus succensis circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio aut aliqua noxia sint comprehensi, gratiora dis immortalibus esse arbitrantur; sed cum eius generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.

Deorum maxime Mercurium colunt; huius sunt plurima simulacra, hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum

ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur; post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum initia tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere.

Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent; cum superaverunt, animalia capta immolant, reliquas res in unum locum conferunt. Neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

Galli se omnes a Dite patre prognatos praedicant idque a druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; dies natales et mensium et annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur.

In reliquis vitae institutis hoc fere a reliquis differunt, quod suos liberos, nisi cum adoleverunt, ut munus militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur filiumque puerili aetate in publico in conspectu patris assistere turpe ducunt.

Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae ratio coniunctim habetur fructusque servantur; uter eorum vita superavit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; et cum pater familiae illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et, de morte si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum quaestionem habent et, si quid compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.

admodum zelo — deditus religionibus vdan praznoverju — morbo affectus bolen — victima daritev, žrtev — homines je objekt tudi k se immolatuos — administro te utor imam te za služabnika, pomočnika — vitam reddo dam življenje kot spravno daritev — numen placo 1 potolažim božanstvo — immanis, e strašen, neizmeren — contexo 3, xui, xtum spletem, zvežem — vimen, minis, n vrba, šiba — quorum in quibus se nanašata na simulacra — succendo 3, di sum zažgem — circumvenio 4, veni, ventum obdam — exanimo 1 usmrtim — supplicium, ii smrtna kazen — furtum, i tatvina — latrocinium, ii razbojništvo — aliqua noxia kaka druga krivda — cum kadar — copia deficit množica zmanjka — innocens, ntis



nedolžen — descendo ad sežem po — inventor, oris, m izumitelj — quaestus, us, m pridobivanje — mercatura, ae trgovina — depello 3 odganjam — opus, operis, n rokodelstvo — trado = doceo — caelestes, ium nebeščani — rego 3, rexi, rectum vodim — ceperint je konj. pf. namesto konj. fut. II.; kajti devovent (obljubijo) = sacrificaturos se esse vovent — occulto 1 skrivam — posita sc. in uno loco — tollo 3, sustuli, sublatum dvignem, vzamem — cruciatus, us, m mučenje — Dis, Ditis vladar teme — patre: predikativno — prognatus = natus — praedico 1 razglašam, izjavljam — prodo 3, didi, ditum (memoria) spominu izročim, poročam — ob eam causam: glej Dis, Ditis viadar teme — finio 4 omejujem, določam — dies natalis rojstni dan — observo 1 opazujem, štejem — subsequor 3 sledim, pridem za — institutum, i naredba, običaj — differo 3, distuli, dilatam razlikujem se — hoc (abl.) v tem — adoleasco 3, adolevi, adultum dorastem — munus (muneris, n) militiae vojaška služba — palam javno — in conspectu assisto (astiti) stojim pri kom — dotis nomine kot doto — aestimationem facio precenim — communico 1 združim, pridam — ratio habetur račun se vodi — coniunctim skupno — fructus, us, m sad, dohodek — vita supero 1 = superstes sum preživim, dalje živim — potestas vitae necisque oblast nad življenjem in smrtjo — illustri loco natus iz odličnega rodu — decedo sc. de vita umrem — res in suspicionem venit zbudi se sumnja — in servilem modum = sicut de servis — quaestionem habeo preiskujem — compertum est dokazalo se je — tormentum, i mučilo, natezalnica — excrucio 1 mučim.

## Iz Cicerona

Ciceron (M. Tullius Cicero), državnik in najimenitnejši rimski govornik, je živel od l. 106. do 43. pr. Kr.

